

St.u.RG.

406

*Shawville  
in Quebec*

SE

CV

0

IVLII PAVLI  
SENTENTIARVM  
RECEPTARVM

AD FILIVM

LIBRI QVINQVE

EX BREVIARIO ALARICIANO.

---

IN VSVM PRAELECTIONVM EDIDIT,  
CVM EDITIONE PRINCIPE CONTVLIT,  
INDICEM EDITIONVM  
OMNIVM CORPORIS IVRIS CIVILIS  
F O N T I V M

ADIECIT

GVSTAVVS HVGO

Prof. Gött,

---

BEROLINI,  
Imprensis AVGVSTI MYLIE

1795.

IN LIBRIS PAULI  
MVLTA ITA PTE TIB  
RECEPIT A MVLTA

LIBRARIUS CAESAR

LIPSIENSIS CIVICAE

EX BIBLIARIO ALARICIANO.

St. n. R. G.

IN VENI TRADITIONUM LIBRIS

CVM LIBRIONE 406 DE CONTRACTIS  
INDICES ET INDICIA M  
OMNIM EQUITIBVS VRS CIVITATIS  
25

TOTIUM

APDICE

GASTAVAE HAGO

1600

1372 571 01



Q<sup>o</sup> con  
Vlpa  
edici, eode  
petendum  
is, quam  
fere sosp  
omino  
& recite  
non opus  
meruisse p  
gianut te  
pauciflma  
& recentio  
tatione G  
commenta  
& pessimo,  
Cis vel alio  
effe latiss

ex hoc consilium fortunam. Num  
benignus sumus? Namque nunc illud est  
datus eisdem. Vnde ex celo deponit  
mihi ex eo debetis quod. Exinde etiam  
quid. Vnde ab eo. Et quando omnia sustinuit  
hoc credibilem puto. At illud non satis  
tum habentur tunc. At illud non satis  
affertur. At secundus puto. Sed certum  
eo bisseximum esse sed & nubilis puto.  
Atque sit

**Q**uo consilio iam ante aliquot annos  
VLPIANI aurea prorsus fragmenta  
edidi, eodem nunc & PAULUM typis re-  
petendum curaui, qui quanquam minoris,  
quam ille sinceri iuris antiqui vnicus  
fere sospitator, pretii sit, dignus tamen  
omnino videtur, qui & legatur a studiofis  
& recitetur ab antecessoribus. Venia  
non opus esse, sed laudem me aliquam  
meruisse putarem, si vel solum Schultin-  
gianum textum ex magno volumine ad  
paucissimas plagulas reduxisset, omissis  
& recentiorum commentariis & interpre-  
tatione Gothicī compilatoris, omnium  
commentariorum antiquissimo quidem sed  
& pessimo, omissis & iis, quae, ex Pandectis  
vel aliunde conquisita, PAULI membra  
esse satis constat, quae tamen locum suum

ex

ex sola coniectura sortiuntur. Puras & genuinas *receptas sententias* sisto, si non eas, quas edidit PAULUS, eas certe quas Gothi ex eo descripsérunt. Fragmenta ex Codice Vesontino a CUIACIO eruta retinui, quod codicem hunc a compilatione Gothorum diuersum fuisse affirmare non audeo. Asteriscum Vesontinis hisce a SCHULTINGIO praefixum seruau & singulis sententiis addidi.

Verum enim vero habet quoque editio nostra quaedam, quibus eam viris doctis, licet iam possideant SCHULTINGIUM ipsum, neque de PAULO lectionibus academicis illustrando solliciti sint, commendatum iri spero. Editionem enim principem, qua caruit SCHULTINGIUS, contuli, quae in ea prorsus deessent binis asteriscis notaui, quae, non dicam meliora, (id enim fere nunquam contigit, neque contingere potuit cum ante SCHULTINGIUM multi ea vsl sint) sed alia tamen, certe non oppido falsa in editione principe legerentur, in notas conieci litera B. (*Bochardiana*) insignita. In iisdem potissimum locis notata est lectio editionis S. (*Sichardianae n. 3.*) — C. (*Cuiacianae n. 13.*) — L. (*Lugdunensis n. 17.*) — P. (*Parisiensis n. 34.*) — G. (*Geneuensis n. 35 & 38.*) — R. (*Ritters.*

(Rittershusiana n. 39.) quam vel ipsis libris  
vel SCHULTINGII notis debeo.

In recensendis hisce editionibus ita  
versatus sum, adiutus praesertim bibli-  
othecae academicae diutiis, ut non modo  
ea, quae PAULUM nostrum spectant, cura-  
rem, sed omnes eiusdem generis & argu-  
menti reliquias iuris Romani antiqui con-  
iungerem. Fecerunt id plerique editores,  
itaque si quis in historiam litterariam vni-  
us ex his fontibus vel supplementis inqui-  
ret, non poterit non multum ad notitiam  
reliquorum profecisse. Neque adeo per-  
fecta haec omnia ab aliis mihi visa sunt,  
ut religioni mihi ducendum esse putarem  
addere sat modico volumini aliquot pla-  
gulas. Quin potius gratum viris doctis  
opus me suscepisse arbitror, cum habeant  
iam, ad quod addant bibliothecarum  
possessores scrutatoresque. Via quoque,  
hac certe ex parte, munita erit consilio,  
quod tantis premitur difficultatibus, hac  
nostra praesertim aetate, tantam tamen  
iurisprudentiae utilitatem feret, ut pro  
virili id promouere omnes debeamus,  
*editioni* nimirum, quam manualem vocant,  
*vniuersorum corporis iuris civilis* fontium s.  
*supplementorum*, quibus licet nemo fere  
iuris

iuris studiosus carere possit, eorum tamen comparatio vel a casu quodam satis raro pendet, vel hominem bene numatum postulat. Sed de hac re dicendi alibi locus erit.

Scribebam Gottingae mense Aprili  
MDCCXCV.

INDEX

---

## INDEX TITVLORVM

---

### LIBER PRIMVS.

- |                           |                            |
|---------------------------|----------------------------|
| I De pactis & conuen-     | 13 B Si hereditas vel quid |
| tionibus                  | P. I aliud petatur         |
| 2 De cognitoribus         | 14 De via publica          |
| 3 De procuratoribus       | 15 Si quadrupes pauperi-   |
| 4 De negotiis gestis      | em fecerit                 |
| 5 De calumniatoribus      | 16 Finium regundorum       |
| 6 A De fugitiis           | 17 De seruitutibus         |
| 6 B De reis institutis    | 18 De familia erciscunda   |
| 7 De integri restitutione | 19 Quemadmodum acti-       |
| 8 De dolo malo            | ones per inficiationem     |
| 9 De minoribus XXV an-    | duplicentur                |
| norum                     | 13                         |
| 10 De plus petendo        | 20 De fideiustore & spon-  |
| 11 De fatisdando          | sore                       |
| 12 De iudiciis omnibus    | 21 De sepulchris & lugen-  |
| 13 A De iudicato          | dis                        |

### LIBER SECUNDVS.

- |                           |                         |
|---------------------------|-------------------------|
| I De rebus creditis & iu- | 2 De pecunia constituta |
| reiurando                 | ib.                     |
| 16                        | 3 De contractibus       |
| * 4                       | 17                      |
|                           | 4 De                    |

## INDEX.

- 4 De commodato & de-  
 posito pignore fiducia-  
 ue ib. 21 B De dotibus 31  
 5 De pignoribus 18 22 De paclis inter virum  
 6 De exercitoribus 19 & vxorem ib.  
 7 Ad legem Rhodiam ib. 23 De donationibus inter  
 8 De infitoribus 20 virum & vxorem 32  
 9 De in rei verso ib. 24 De liberis agnoscendis 33  
 10 De SC. Macedoniano 21 25 Quemadmodum filii  
 11 Ad SC. Velleianum ib. sui iuris efficiantur 34  
 12 De deposito ib. 26 De adulteriis 35  
 13 De lege commissoria 22 27 De excusationibus tu-  
 14 De vñris 23 torum 37  
 15 De mandatis 24 28 De potioribus nomi-  
 16 Pro socio 25 nandis ib.  
 17 De empto & vendito ib. 29 Qui potiores nomi-  
 18 De locato & conducto 27 nare non possunt. ib.  
 19 De nuptiis 28 30 Ad orationem D. Se-  
 20 De concubinis 29 ueri 38  
 21 A De mulieribus, quae  
     fe feruis alienis iunxe-  
     rint, vel ad SC. Claudia-  
     num ib.  
     ib. 21 B De dotibus 31

## LIBER TERTIVS.

- 1 De Carboniano edicto 43 5 De SC. Silaniano 48  
 2 De bonis liberti ib. 6 De legatis 59  
 3 De lege Fabiana 44 7 De mortis causa dona-  
 4 A De testamentis ib. 8 Ad legem Falcidiam 62  
 4 B De institutione here-  
     dium 46

## LIBER QVARTVS.

- 1 De fideicommissis 64 9 Ad SC. Tertullianum 73  
 2 De SC. Trebeliano 66 10 Ad SC. Orphitianum 75  
 3 De SC. Pegasiano ib. 11 De gradibus ib.  
 4 De repudianda heredi-  
     tate 67 12 De manumissionibus 78  
 5 De inofficioi querela ib. 13 De fideicommissis liber-  
 6 De vicefina 69 14 Ad legem Fusiam Ca-  
 7 De lege Cornelia 70 niniam 80  
 8 De intestatorum succe-  
     sione 71

LIBER

## LIBER QVINTVS.

- |                           |     |                            |     |
|---------------------------|-----|----------------------------|-----|
| 1 De liberali causa       | 82  | 22 De seditionis           | 108 |
| 2 De vscapione            | 83  | 23 Ad legem Corneliam      |     |
| 3 De his quae per tur-    |     | de siccariis & veneficis   | 109 |
| bam fiunt                 | 84  | 24 Ad legem Pompeiam       |     |
| 4 De iniuriis             | 85  | de parricidiis             | 112 |
| 5 A De effectu sententia- |     | 25 Ad legem Corneliam      |     |
| ruin & suaibus litium     | 89  | testamentariam             | ib. |
| 5 B De rebus auctoritate  |     | 26 Ad legem Julianam de    |     |
| iudicis possidendi        | 91  | vi publica & priuata       | 115 |
| 6 De interdictis          | ib. | 27 De lege Julia Pecula-   |     |
| 7 De obligationibus       | 95  | tus                        | 117 |
| 8 De nouationibus         | 96  | 28 Ad legem Julianam re-   |     |
| 9 De stipulationibus      | ib. | petundarum                 | ib. |
| 10 De contrahenda au-     |     | 29 Ad legem Julianam ma-   |     |
| ritate                    | 97  | iestatis                   | ib. |
| 11 De donationibus        | 98  | 30 A Ad legem Julianam     |     |
| 12 De iure fisci & populi | 99  | ambitus                    | 118 |
| 13 De delatoribus         | 101 | 31 De poenis militum       | ib. |
| 14 De quaestionibus ha-   |     | 32 Quando appellandum      |     |
| bendis                    | ib. | fit                        | 119 |
| 15 De testibus            | 102 | 33 De cautionibus & poe-   |     |
| 16 De seruorum quaestio-  |     | nis appellacionum          | ib. |
| nibus                     | 103 | 34 De dimissoris literis   | 120 |
| 17 De abolitionibus       | 105 | 35 De reddendis causis ap- |     |
| 18 De abactoribus         | ib. | pellationum                | 121 |
| 19 De facilegis           | 106 | 36 Post prouocationem      |     |
| 20 De incendiariis        | ib. | quid obseruandum fit       | ib. |
| 21 De vaticinatoribus &c  | 107 | 37 De meritis appellatio-  |     |
| mathematicis              |     | nium                       | 122 |

JULI  
ENTENTIAR  
AD  
LIBER

TI

De Paau

De his reb  
tranfige  
gatio folium  
intratibus pa  
solvitur: & li  
zione tamen e  
italiana filipula

a) Conuentus

b) Loco huic

verba: Om

ina, licet

Scholae

factum,

JVLII PAVLI  
SENTENTIARVM RECEPTARVM  
AD FILIVM  
LIBER PRIMVS.

TITVLVS I.

*De Pactis & a) Conventionibus.*

**D**e his rebus pacisci possumus, de quibus \*1\*  
transigere licet: ex his enim pacti ob-  
ligatio solummodo nascitur. b) In bonae fidei \*2\*  
contractibus pactum conventum alio pacto  
dissolvitur: & licet exceptionem pariat, repli-  
catione tamen excluditur. Pacto convento \*3\*  
Aquiliana stipulatio subjici solet: sed consultius  
est,

a) *Conuentis B.*

b) Loco huius sententiae in B. et S. positâ sunt  
verba: *Omne pactum posteriore pacto dissol-  
vitur, licet pariat exceptionem, quae apud  
Schultingium partem priorem interpretationis  
faciunt.*

A

est, huic poenam quoque subjungere: quia, re-  
scisso quoquo modo pacto, poena ex stipulatu  
4. repeti potest. Neque contra leges, neque contra  
5. bonos mores pacisci possumus. a) De rebus  
litigiosis et convenire, & transfigere possumus.  
Post rem judicatam pactum, nisi donationis  
causa interponatur, servari non oportet b).

## T I T. II.

*De c) Cognitoribus.*

1. Omnes infames, qui postulare prohiben-  
tur, cognitores fieri non possunt, etiam  
2. volentibus adversariis. Feminae in rem suam  
cognitoriam operam fuscipere non prohiben-  
3. tur. In rem suam cognitor procuratorve ille  
4. fieri potest, qui pro omnibus postulat. Actio  
judicati non solum in dominum aut domino,  
sed etiam heredi & in heredem datur.

## T I T.

- a) Sequitur apud Schultingium sententia huic  
fere similis, numero suo non distincta, ex  
Consultatione. — Pars prior sententiae se-  
quentis abest a B. & S.  
b) potest B. & S. Sequuntur apud Schultingi-  
um sententia 6 & 7 ex Consultatione.  
c) Procuratoribus &c. B. — de curatoribus &c.  
S. — Sententias huius tituli B. miscet sequenti,  
hoc ordine III, 1. III, 2. II, 1.

jungere: quia, re-  
voena ex stipulati-  
ege, neque contra-  
us. a) De rebu-  
nligere possumus  
nil donations  
n oportet b).

*De Negotiis gestis.*

3

## \* T I T. III.

*De Procuratoribus.\**

**M**andari potest procuratio praesentibus, & i.  
nudis verbis, & per literas, & per nun-  
cium & apud acta Praesidis & magistratus.  
a) Procurator aut ad litem, aut ad omne nego- 2.  
tium, aut ad partem negotii, aut ad res ad-  
ministrandas datur.

## T I T. IV.

*De Negotiis gestis.*

**Q**uivi negotia aliena gerit, & bonam fidem, 1.  
& exactam diligentiam rebus ejus, pro quo  
intervenit, praestare debet. Tutor post fini- 2.  
tam tutelam, si in administratione duret, actione  
negotiorum gestorum pupillo, vel cura-  
tori ejus tenebitur. Si pecuniae quis nego- 3.  
tium gerat, usuras quoque totius temporis  
praestare cogitur: & periculum eorum nomi-  
num, quibus collocavit, agnoscere, si litis  
tempore solvendo non sint: hoc enim in bo-  
nae fidei judiciis servari convenit. Mater, quae 4.  
filiorum suorum rebus intervenit, actione ne-  
gotiorum gestorum & ipsis, & eorum tutori-  
bus tenebitur. Filius familias, aut servus, si 5.  
negotium alicujus gerat, in patrem domi-  
numve

a) *Procuratori audientia ad omne neg. &c. B.*

A 2

4 JVLII PAVLI LIB. I. TIT. V. VI.

6. numve peculio tenus actio dabitur. Si pater, vel dominus servo vel filiofamilias aliena agenda negotia commiserit, in solidum tenebitur.
7. Pater, si emancipati filii res sine ulla exceptione a se donatas administraverit, filio actione
8. negotiorum gestorum tenebitur. Qui cum tutor, curatorve non esset, si pro tutore curatoreve res pupilli adulтив administraverit, actione negotiorum gestorum pro tutore curatoreve tenebitur.

T I T. V.

*De Calumniatoribus.*

1. C alumniosus est, qui sciens prudensque per
2. fraudem negotium alicui comparat. Et in privatis, & in publicis judiciis omnes calumniosi extra ordinem pro qualitate admisli plectuntur.

\* T I T. VI. A

*De Fugitivis.\**

- \*1\* S ervus a fugitivario comparatus, intra decem annos manumitti contra prioris domini
- \*2\* voluntatem non potest. Contra decretum Amplissimi ordinis fugitivum in fuga constitutum nec emere, nec vendere permisum est, inrogata poena in utrumque sefteriorum D. millium. Limenarchae & stationarii fugitivos

vos deprehensos recte in custodiam retinent.  
 Magistratus municipales ad officium Praesidis \*4\*  
 provinciae vel Proconsulis comprehensos fu-  
 gitivos recte transmittunt. Fugitivi in fundis \*5\*  
 fiscalibus quaeri & comprehendendi possunt.  
 Fugitivi, qui a domino non agnoscuntur, \*6\*  
 per officium Praefecti vigilum distrahuntur.  
 Intra triennium venditionis agniti fugitivi \*7\*  
 emptor pretium a fisco recipere potest.

## T I T. VI. B

*De Reis institutis.*

**D**e his criminibus, quibus quis absolutus 1.  
 est, ab eo, qui accusavit, refricari accusatio  
 non potest. Filius accusatoris, si hoc crimen, 2.  
 quod pater intendit, post liberatum reum per-  
 fequi velit, ab accusatione removendus est.  
 Crimen, in quo alius destitit, vel victus re- 3.  
 cessit, alius objicere non prohibetur.

## T I T. VII.

*De Integri Restitutione.*

**I**ntegri restitutio est redintegranda rei vel 1.  
 causae actio. Integri restitutionem Praetor 2.  
 tribuit ex his causis, quae per metum, do-  
 lum, & status permutationem, & justum er-  
 rorem, & absentiam necessariam, & infirmi-  
 tatem aetatis gesta esse dicuntur. Integri re- 3.  
 stitutio

stitutio plus quam semel non est decernenda:  
 \*4\* ideoque causa cognita decernitur. Integri re-  
 flitutio aut in rem competit, aut in perso-  
 nam. In rem actio competit, ut res ipsa,  
 qua de agitur, revocetur. In personam, aut  
 quadrupli poena intra annum, vel simpli-  
 5. post annum peti potest. Si aliquis, ut se de-  
 vi latronum, vel hostium, vel populi libera-  
 ret aliquid mancipavit, vel promisit, ad me-  
 tum non pertinet: mercedem enim depulsi-  
 6. metus tribuit. Servus per metum mancipa-  
 tus quiequid adquisierit, vel stipulatus sit, ei  
 7. adquirit, qui vim passus est. Vis est major  
 8. rei impetus, qui repelli non potest. Qui  
 quem a) domo inclusit, ut sibi rem manci-  
 paret, aut promitteret, extorsisse mancipatio-  
 9. nem videtur. Qui quem ferro vinxit, ut sibi  
 aliquid traderet vel venderet, vim intulisse  
 10. videtur. Qui in carcerem quem detrusit, ut  
 aliquid ei extorqueret, quidquid ob hanc cau-  
 fam factum est, nullius momenti est.

## TIT. VIII.

*De Dolo Malo.*

1. Dolus malus b) est, cum aliud agitur, ali-  
 2. ud simulatur. Si qui dolum aut metum ad-  
 hi-

a) in d. B.

b) *malus* abeit a B. vti in rubro: *malo.*

hibuit, ut res ad alium transiret, uterque de  
vi & dolo actione tenebitur.

## T I T. IX.

**M**inor XXV. annorum si aliquod flagitium 1.  
admisericordia, quod ad publicam coercitionem  
spectet, ob hoc in integrum restitui non po-  
test. Qui minori mandavit, ut negotia sua 2.  
agat, ex ejus persona in integrum restitui non  
potest: nisi minor sua sponte negotiis ejus  
intervenerit. Si major effectus rem, quam 3.  
minor egit, facto a) vel silentio comprobavit,  
adversus hoc quoque in integrum restitui fru-  
stra desiderat. Si minor minori heres exi- 4.  
stat, heres ex sua persona, non ex defuncti  
in integrum restitui potest. Minor se in his, 5.  
quae fidejussit, vel fidepromisit, vel spon-  
dit, vel mandavit, in integrum restituendo,  
reum principalem non liberat. Qui sciens 6.  
prudensque se pro minore obligavit, si id  
consulto consilio fecit, licet minori succurra-  
tur, ipsi tamen non succurretur. Minor ad- 7.  
versus emptorem in integrum restitutus, pre-  
tio restituto fundum recipere potest. Fructus  
enim in compensationem usurarum penes  
emptorem remanere placuit. Minor adver- 8.  
sus

a) pacto B. & P.

A 4

8 JVLII PAVLI LIB. I. TIT. X. XI.

sus distractiones eorum pignorum & fiduciarum, quas pater obligaverat, si non ita, ut oportuit, a creditore distractae sint, restitui in integrum potest.

T I T. X.

*De plus petendo.*

- I. Causa cadimus aut loco, aut summa, aut tempore, aut qualitate. Loco <sup>a)</sup>, si alibi summa, si plus, quam damus, petimus: tempore, repetendo ante tempus: qualitate, ejusdem speciei rem meliorem postulantes.

T I T. XI.

*De Satisfando.*

- I. Quoties hereditas petitur, satisfatio jure desideratur: & si satisfatio non detur, in petitorem hereditas transfertur. Si petitor satisfare noluerit, penes possessorem possessio remanet: in pari enim causa potior est possessor. Vsufructarius de utendo usufructu satisfare debet, se perinde usurum, ac si ipse paterfamilias uteretur.

<sup>a)</sup> Loco alibi, summa plus, tempore repetendo <sup>a.</sup>  
B. Ita fere & Consult. §. V.

## TIT. XII.

*De Judiciis omnibus.*

**H**i, qui falsa rescriptione usi fuerint, lege 1. Cornelia de falsis puniuntur. Ex his, qui \*2\* ancillam corrupit alienam, aliam reformare cogendus est. Qui falsum nesciens allegavit, 3. falsi poena non tenetur. In caput domini, 4. patronive nec servus, nec libertus interrogari potest. Praegnantes neque torqueri, neque \*5\* damnari, nisi post editum partum possunt. Qui rescriptum a Principe falsa allegatione \*6\* elicuerint, uti eo prohibentur. Qui de se 7. confessus est, in aliud torqueri non potest, ne alienam salutem in dubium ducat, qui de sua desperavit.

## TIT. XIII. A

*De JUDICATO.*

**Q**ui exhibitorum se aliquem judicio caverit, 1. mortuo eo, pro quo caverat, periculo cautionis liberatur. Filius familias jussu patris 2. manumittere potest; matris non potest. Is, 3. qui album raserit, corruperit, sustulerit, mutaverit, quidve aliud propositum edicendi causa turbaverit, extra ordinem punietur. Si id, quod emptum est, neque tradatur, ne 4. que mancipetur, vendor cogi potest, ut tradat, aut mancipet. Deteriorem servum facit, 5.

A 5

qui

10 JVLII PAVLI LIB. I. TIT. XIII. XIV.

qui fugam suaserit, & qui furtum, & qui  
6. mores ejus corpusve corruperit. Qui ancil-  
lam alienam virginem immaturam corruperit,  
poena legis Aquiliae tenebitur.

\* TIT. XIII. b

*Si hereditas, vel quid aliud petatur.\**

1. In petitione hereditatis ea veniunt, quae de-  
functus mortis tempore reliquit; a) vel ea,  
quae post mortem ante aditam hereditatem  
2. ex ea adquisita sunt. Possessor hereditatis pre-  
tia earum rerum, quas dolo alienavit, cum  
3. usuris praestare cogendus est. Rerum ex he-  
reditate alienatarum aestimatio in arbitrio peti-  
\*4\* toris consistit. Petitio hereditatis, cuius de-  
functus litem non erat contestatus, ad here-  
dem non transmittitur b).

TIT. XIV.

*De Via publica.*

1. Quidam viam publicam exaraverit, ad munitio-  
nem ejus solus compellitur.

TIT.

a) ut B.

b) Sequuntur sententiae quinque ex Consulta-  
tione.

*Finium regundorum.*

II

## TIT. XV.

*Si quadrupes pauperiem fecerit.*

**S**i quadrupes pauperiem fecerit, damnumve 1. dederit, quidve depasta sit, in dominum actio datur, ut aut danni aestimationem subeat, aut quadrupede a) cedat: quod etiam lege Pesulania b) de cane cavetur. Feram 2. bestiam in ea parte, qua populi iter est, colligari Praetor prohibet. Et ideo siue ab ipsa, siue propter eam ab alio alteri damnum datum fuerit, pro modo admissi extra ordinem actio in dominum vel custodem datur: maxime si ex eo homo perierit, vel fuerit laetus c). Ei, qui irritatu suo feram bestiam, 3. vel quamcunque aliam quadrupedem in se proritaverit, eaque damnum dederit, neque in ejus dominum, neque in custodem actio datur.

## TIT. XVI.

*Finium regundorum.*

**I**n eum, qui per vim terminos dejecerit, vel a. amoverit, extra ordinem animadvertisetur.

TIT.

TIT.

a) quadrupedem tradat B. al. dedat.

b) Pesolonia B.

c) Verba v. f. l. absunt a B. &amp; P.

## TIT. XVII.

*De Servitutibus.*

1. **V**iam, iter, actum, aqueductum, qui biennio usus non est, amisisse videtur: nec enim ea usucapi possunt, quae non utendo  
 2. amittuntur. Servitus haurienda aquae, vel deducendae, biennio omissa intercidit, & biennio usurpata recipitur.

## TIT. XVIII.

*De Familia herciscunda.*

1. **A**rbitrarius familiae herciscundae plus quam semel dari non potest: & ideo de his, quae divisum eo iudicio non sunt, communi dividuntur.  
 \* 2. do arbitrarius postulatus partitur. De omnibus rebus hereditariis judex cognoscere debet, celebrata divisione, ut semel de omnibus propositis  
 \* 3. nuntiet. Judicii familiae herciscundae convenient, ut ea, quae quis ex communi accepit, ipsa, aut aestimationem eorum repraesentet,  
 \* 4. ut inter coheredes dividi possint. Judex familiae herciscundae nec inter paucos coheredes, sed inter omnes dandus est: alioquin  
 \* 5. inutiliter datur. Omnes res, quae sociorum sunt, communi dividendo iudicio inter eos separantur.

TIT.

**T I T. XIX.**

*Quemadmodum actiones per inficiationem  
duplentur.*

**Q**uaedam actiones si a reo inficientur, du-  
plantur: velut judicati depensi, legati per  
damnationem relictii, damni injuria legis  
Aquiliae, item de modo agri, cum a vendi-  
tore emptor deceptus est. Ex his causis, \*2\*  
quae inficatione duplantur, pacto decidi non  
potest.

**T I T. XX.**

*De Fidejussore & Sponsore.*

**I**nter fidejussores ex edicto Praetoris, si sol-  
vendo a) sint, licet singuli in solidum tene-  
antur, obligatio dividetur.

**T I T. XXI.**

*De Sepulchris & Lugendis.*

**O**b incursum fluminis, vel metum b) rui-  
nae, corpus jam perpetuae sepulturae tradi-  
tum, solennibus redditis sacrificiis, per no-  
tem in alium transferri locum potest. Cor- 2.  
pus in civitatem inferri non licet, ne fune-  
stentur sacra civitatis: & qui contra ea fece-  
rit,

a) *sit sponсор B.*

b) *ruinae abest a B.*

- \* 3. rit, extra ordinem punitur. Intra muros ci-vitatis corpus sepulturae dari non potest, vel
- \* 4. ustrina fieri. Qui corpus perpetuae sepultu-rae traditum, vel ad tempus alicui loco com-mendatum nudaverit, & Solis radiis osten-derit, piaculum committit: atque ideo, si honestior sit, in insulam; si humilior, in me-tallum dari solet. Qui sepulchrum violave-rint, aut de sepulchro aliquid sustulerint, pro personarum qualitate, aut in metallum
- \* 5. dantur, aut in insulam deportantur. Qui sepulchrum alienum effregerit, vel aperue-rit, eoque mortuum suum alienumve intule-\*
- \* 6. rit, sepulchrum violasse videtur. Vendito fundo religiosa loca ad emptorem non trans-eunt, nec in his jus inferre mortuum habet.
- \* 7. Qui monumento inscriptos titulos eraserit, vel statuam everterit, vel quid ex eodem traxerit, lapidem columnamve sustulerit, se-
- \* 8. pulchrum violasse videtur. In eo sarcophago vel solo, ubi corpus jam depositum est, aliud corpus inferri non potest: & qui intulerit, reus sepulchri violati postulari potest.
- 10. a) Qui alienum mortuum sepelierit, si in fu-nus ejus aliquid impenderit, recipere id ab herede, vel a patre, vel a domino potest.
- \* 11. Maritus id, quod in funus uxoris impen-
- \* 12. dit, ex dote retinere potest. Neque juxta monumentum, neque supra monumentum habi-

a) Hanc sententiam B. post 15 ponit.

Intra muros ci  
non potest, ve  
erpetuae sepulta  
alicui loco con  
lis radiis olen  
atque ideo, i  
milio, in me  
rum violave  
d fustulerint,  
in metallum  
antur. Qui  
vel aperue  
unve intule  
Vendito  
non trans  
tum habet.  
los eraserit,  
ex eodem  
fulnerit, se  
o sarcoph  
positum est,  
& qui intu  
ulari potest,  
erit, si infu  
scipere id ab  
omino potest.  
xoris impen  
Neque juxta  
monumentum  
habi  
ponit.

habitandi jus est: ad tactu enim conversationis humanae piaculum admittitur: & qui contra ea fecerit, pro qualitate personae vel opere publico, vel exilio multatur. Pa.\* 13.

rentes & filii majores sex annis anno lugeri possunt: minores mense: maritus decem mensibus: & cognati proximioris gradus octo. Qui contra fecerit, infamium numero habetur. Qui luget, abstinere debet a con- 14.

viviis, ornamentis, a) purpura, & alba veste. Quidquid in funus erogatur, inter aes alienum primo loco deducitur. b)

a) *purpura* abest a B.

b) Sequitur apud Schultingum sententia 16,  
sed cui perperam numerus adscriptus est,  
cum ea solis Digestis debeatur.

---

LIBER

## LIBER SECUNDVS.

## TITVLVS I.

*De Rebus creditis & Jurejurando.*

1. In pecuniariis causis si alter ex litigatoribus jusjurandum deferat, audiendus est: hoc enim & compendio litium, & aequitatis ratione provisum est. Deferre jusjurandum prior actor potest: contrarium autem de calumnia jusjurandum reo competit. Si reus cum jurare velit, actor illi necessitatem jurisjurandi remisit, & hoc liquido appareat, actio in eum non datur. Heredi ejus, cum quo contractum est, jusjurandum deferri non potest, quoniam contractum ignorare potest.
5. a) Si qui debitum quocunque modo confessus docetur b), ex ea re creditori actio non datur, sed ad solutionem compellitur.

## TIT. II.

*De Pecunia constituta.*

1. Si id, quod mihi Lucius c) Titius debet, soluturum te constituas, teneris actione pecuniae constituae.

TIT.

- a) Ei B. S.
- b) Dicitur S.
- c) abest Titius a B. C.

T I T. III.

*De Contractibus.*

**S**tipulatio est verborum conceptio, ad quam 1.  
quis congrue interrogatus respondit: velut,  
SPONDES? SPONDEO: DABIS? DABO: PRO-  
MITTIS? PROMITTO: FIDEI TVAE ERIT?  
a) FIDEI MEAE ERIT. Et tam pure, quam  
sub conditione concipi potest.

T I T. IV.

*De Commodo, & Deposito pignore, Fi-  
duciave.*

**Q**uidquid in rem commodatam ob morbum, 1.  
vel aliam rationem impensum est, a domino  
recipi potest. Si facto incendio, ruina, nau- 2.  
fragio, aut quo alio b) simili casu res commo-  
data amissa sit, c) non tenebitur eo nomine  
is, cui commodata est: nisi forte cum pos-  
set rem commodatam salvam facere, suam  
d) praetulit. Servus vel e) equus si a latroni- 3.  
bus,

a) Exstant haec verba in B. vti & in C., absunt  
vero a S. et P. quam ob causam vncis ea in-  
clusit Schulting.

b) finali B.

c) tenebitur eo minime, cui B.

d) abest praetulit a B.

e) ancilla, si pro operis locati sint & secus a l. B.

bus, vel in bello, in aliam causam commo-  
dati occisi sunt, actio commodati datur: cu-  
stodia enim & diligentia rei commodatae piae-  
4. standa est. Si rem aestimatam tibi dedero,  
ut, ea distracta, pretium ad me deferres, ea-  
que perierit, si quidem ego te rogavi, meo  
periculo perit: si tu de vendenda promisisti,  
tuo periculo perit.

## T I T. V.

*De Pignoribus.*

1. Creditor si simpliciter sibi pignus depositum distrahere velit, ter ante denuntiare debitori suo debet, ut pignus luat, ne a se distraha-  
tur. Fetus, vel partus ejus rei, quae pignori data est, pignoris jure a) non tenetur, nisi hoc inter contrahentes convenerit.
3. Compensatio debiti ex pari specie, & causa dispari admittitur: velut si pecuniam tibi debeam, & tu mihi pecuniam debeas, aut frumen-  
tum, aut cetera hujusmodi, licet ex diverso contractu, compensare, vel deducere debes.  
Si totum petas, plus petendo causa cadis.

TIT.

a) rerinetur B.

*De Exercitoribus. Ad legem Rhodiam. 19*

## T I T. VI.

*De Exercitoribus.*

**F**ilius familias, si voluntate patris navem 1. exerceat, patrem in solidum ob ea, quae a) salva receperit, obligat.

## T I T. VII.

*Ad legem Rhodiam.*

b) **S**i levanda navis gratia jactus mercium 1. factus est, omnium contributione farciatur, quod pro omnibus datum est. c) Jactu navis 2. levata si perierit, extractis aliorum per urinatores mercibus, ejus quoque rationem haberi placuit, qui merces salva nave jactavit. Na- 3. ve vel arbore vi tempestatis amissa, vectores ad contributionem non tenentur, nisi ipsis arborem salutis causa eruentibus navis salva sit. Levanda navis gratia merces in scapham 4. transjectas, atque ideo amissas intributione earum, quae in navi salvae d) erunt, refici convenient. Nave autem perdita, conservatae cum mercibus scaphae ratio non habetur. Collatio intributionis ob jactum salva nave 5. fieri debet.

## T I T.

TIT.

a) soluere ceperat B.

b) *Leuandae n. gr. iactus cum m. f. est B.*

c) hæc sententia post sequentem posita est in B.

d) sunt B. C. &amp; R.

## T I T. VIII.

*De Institoribus.*

1. **S**icut comoda sentimus ex actu praepositi institoris, ita & incomoda sentire debemus. Et ideo *a*) qui servum sive filium familias, sive ancillam praeposuit negotiis, vel mercibus exercendis, eorum nomine in solidum fundi dominus obligatur: nec interest,
2. dum convenitur. *b*) Si quis pecuniae foeneranda, *c*) agroque colendo, condendis vendendisque frugibus praepositus est, ex eo nomine, quod cum illo contractum est, in solidum fundi dominus obligatur: nec interest,
3. servus an liber sit. Quod cum discipulis eorum, qui officinis vel tabernis praesunt, contractum est, in magistros vel instidores tabernae in solidum actio dabitur.

## T I T. IX.

*De in rem verso.*

1. **S**ervus vel filiusfamilias si acceptam pecuniam in rem patris vel domini verterit, hoc modo, agrum, puta, colendo, domum fulciendo, mancipia vestiendo, mercando, vel creditori solvendo, vel quid tale faciendo, de in

*a) in eum, qui B.*

*b) hic B. titulum de institoribus habet.*

*c) vel agro C.*

in rem verso in solidum vel patrem a) vel dominum obligat: si tamen ob hanc causam pecunia data sit.

## T I T. X.

*De Senatusconsulto Macedoniano.*

**Q**ui filios familias contra interdictum Amplissimi ordinis pecuniam mutuam crediderit, post mortem patris, ex eo, quod vivo patre credit, cum eo agere non potest.

## T I T. XI.

*Ad Senatusconsultum Vellejanum.*

**I**n omni genere negotiorum & obligationum, tam pro viris, quam pro feminis intercedere mulieres prohibentur. Mulier, quae pro tutoribus filiorum suorum indemnitatē promisit, ad beneficium Senatusconsulti non pertinet.

## T I T. XII.

*De Deposito.*

**S**i sacculum, vel argentum signatum deposito, & is, penes quem depositum fuit, me invito contrectaverit, & depositi, & furti actio

a) vel dominum abest a B.

b) Reliquae huius tituli sententiae ex Collatione descriptae sunt.

7. actio mihi in eum competit. In judicio depositi ex mora fructus veniunt, & usurae rei  
 12. depositae postulantur. In causa depositi compensationi locus non est, sed res ipsa reddenda est.

## T I T. XIII.

*De Lege Commissoria.*

1. Debitor distractis fiduciis a creditore de superfluo adversus eum habet actionem. Quidquid creditor per fiduciarium servum quaequivit, forsitan debiti minuit. Debitor creditori fiduciam vendere non potest; sed aliis, si velit, vendere potest: ita, ut ex pretio ejusdem pecuniam offerat creditori, atque ita remancipetur. patam sibi a) emptori praestet. Si per suppositam personam creditor pignus suum invito debitore comparaverit, emptio non videtur: & ideo quandoque lui potest: ex hoc enim causa pignoris vel fiduciae finiri non potest. 5. Si inter creditorem & debitorem convenerit, ut fiduciam sibi vendere non liceat, non solvente debitore, creditor denuntiare ei solenniter potest, & distrahere: nec enim b) ex tali conventione fiduciae actio nasci potest. 6. c) Si creditor rem fiduciae datam uni ex heredibus

a) rem e. B. C. P.

b) in tali c. f. acceptio nosci potest B. - in habet & S.

c) Hic demum B. & S. titulum de lege commissoria distinguunt.

dibus vel extraneo legaverit, aduersus omnes  
heredes actio fiduciae competit. Si creditor 7.  
reim fiduciariam fecerit meliorem, ob ea re-  
cuperanda, quae impendit, judicio fiduciae  
debitorem habebit obnoxium. Novissimus 8.  
creditor a) priorem oblata pecunia, b) quo  
possessio in eum c) transferatur, dimittere  
potest. Sed & prior creditor secundum cre-  
ditorem, si voluerit, dimittere non prohibe-  
tur, quamquam ipse in pignore potior sit.  
Servus si mutuam pecuniam servitutis tempo- 9.  
re acceperit, ex ea obligatione post manumis-  
sionem conveniri non potest.

## T I T. XIV.

*De Usuris.*

Si pactum nudum de praestandis usuris in- 1.  
terpositum sit, nullius est momenti: ex nudo  
enim pacto d) inter cives Romanos actio non  
nascitur. Usurae supra centesimam solutae 2.  
forte minuunt: e) consumpta forte repeti  
possunt. Trajectitia pecunia, propter peri- 3.  
culum creditoris, quamdiu navigat f) navis,  
infini-

a) obligatam pecuniam, quam possessio B.

b) a quo S. L. & G.

c) transfertur L. & G.

d) in c. B. S.

e) & c. B. C. & R.

f) absit nauis a B.

4. infinitas usuras recipere potest. Usurae, quae centesimam excedunt, per errorem solutae
5. repeti possunt. Si quis pignora debitoris citra auctoritatem judicantis abduxerit, violentiae
6. crimen admittit. Tutor in usuras non convenitur, si pecuniam pupillarem ideo non collocavit, quod idonea nomina non *a)* habeat, quibus pecunia collocaretur: cuius rei contestatio apud Praesidem provinciae deponenda est.

*b) T I T. XV.**De Mandatis.*

1. Ob subitam valetudinem, ob necessariam peregrinationem, ob inimicitiam, & *c)* inanes rei actiones, integra adhuc causa mandati.
2. ti *d)* negotio renuntiari potest. Si meis nummis mandato tuo aliquid tibi comparavero, & si rem postea accipere nolis, mandati actio mihi adversus te competit. Non enim tantum quod impensum est, sed & usuras
3. ejus consequi possum. Certo pretio rem jussus distrahere, si *e)* minoris vendiderit, mandati

*a) habebat B. S. L. P.**b) Hic titulus cum praecedente cohaeret in B.**c) inanis r. iactationem B.**d) negotium B. S.**e) maiore B.*

*Ex Empto & Vendito.*

25

dati judicio pretii a) summa poterit integrari.  
Venditionem dissolvi non placuit.

## T I T. XVI.

*Pro Socio.*

**S**icut lucrum, ita & damnum inter socios 1. communicatur: nisi quid culpa socii vel frau-  
de eversum sit.

## T I T. XVII.

*Ex Empto & Vendito.*

**V**endor, si ejus rei, quam vendiderit, do- 1.  
minus non sit, pretio accepto, auctoritatis mane-  
bit obnoxius, aliter enim non potest obligari.  
Si res simpliciter traditae evincantur, tanto 2.  
vendor emptori condemnandus est, quanto,  
si stipulatione pro evictione cavisset. Res 3.  
empta, mancipazione & traditione perfecta,  
si evincatur auctoritatis vendor, b) duplo  
tenus obligatur. c) Distracto fundo, si quis 4.  
de modo mentiatur, in duplo ejus, quod  
mentitus est, d) officio judicis aestimatione facta  
con-

a) *summam p. integrare B.*

b) *nullatenus o. P. G. ex Cod. Vesontino.*

c) B. hic titulum habet: *De modo. S. addit: id est, de spatio.*

d) *de modo, id est, de spatio, iudicis a. f. B. —*

5. convenitur. Redhibitio vitiosi mancipii intra sex menses fieri potest a) propter latens viti-  
6. um. b) Si ut servum quis pluris venderet, de artificio ejus, vel peculio mentitus est, actione ex empto conventus, quanto minoris valuerit, emptori praestare compellitur, nisi  
7. paratus sit eum redhibere. Ex die emptionis, si c) pretium numeratum sit, & fructus, &  
d) operaे servorum, & fetus pecorum, & ancillarum partus ad emptorem pertinent.  
8. Fundum alienum mihi vendidisti, postea  
e) idem ex causa lucrativa meus factus est, coim-  
petet mihi adversus te ad pretium recuperan-  
9. dum actio ex empto. Post rem traditam nisi  
emptor pretium statim exsolvat, usuras ejus  
10. praestare cogendus est. Mutus emere & ven-  
dere potest: furiosus autem neque emere, neque  
11. vendere potest. Servus bona fide comparatus si  
ex veteri vitio fugerit, non tantum pretium  
dominus, sed & ea, quae f) per fugam abstu-  
13. lit, reddere cogetur. g) Cum probatio pri-  
oris

a) prolatente vitio B.

b) Si unum seruum quis pluresue vendiderit B.

c) pars pretii numerata sit B. S. L.

d) operaе eius B. S.

e) is est meus ex c. l. factus B.

f) in f. B.

g) Sententia 12 non Gothis, sed consultationi  
debetur.

oris fugae defecerit, servi responsioni credendum est: in se enim interrogari, non pro domino, aut in dominum videtur. In eo contractu, qui ex bona fide descendit, 14. instrumentorum a) oblatio sine causa desideratur, si quo modo veritas de fide contractus poslit ostendi. Fundus ejus esse videtur, cu- 15. jus nomine comparatus est, non a quo pecunia numerata est: si tamen fundus comparatori sit traditus. Electo reo principali, fide- 16. jussor, vel heres ejus liberatur. non b) idem in mandatoribus observatur.

## TIT. XVIII.

**H**omo liber, qui statum suum in potestate 1. habet, & pejorare eum, & meliorem facere potest: atque ideo operas suas diurnas nocturnaque locat. Fundi c) deterioris facti, & 2. cultura non exercitati, & aedificiorum non resectorum culpa arbitrio judicis domino a conductore sarciri d) potest.

## TIT.

a) obligatio s. c. demonstratur B. S.

b) enim in m. B. S.

c) deteriores B. S.

d) possunt B.

## T I T. XIX.

*De Nuptiis.*

1. Sponsalia tam inter puberes, quam inter  
 2. impuberes contrahi possunt. Eorum, qui in  
 potestate patris sunt, sine voluntate ejus ma-  
 trimonia jure non contrahuntur: sed con-  
 tracta non solvuntur: a) contemplatio enim  
 publicae utilitatis privatorum commodis pre-  
 fertur. b) Inter servos & liberos matrimonium  
 contrahi non potest; contubernium potest.  
 7. Neque furiosus, neque furiosa matrimonium  
 contrahere possunt: sed contractum matrimo-  
 nium furore non tollitur. Vir absens uxorem  
 ducere potest: femina absens nubere non po-  
 test. Libertum, qui nuptias c) patronae, vel  
 uxoris, filiaeque patroni affectaverit, pro dig-  
 nitate personae, metalli poena, vel operis pub-  
 lici coerandi placuit.

TIT.

a) contemplatione e. p. v. pr. commoda preferun-  
 tur B.

b) Sententiam 3, 4 & 5 non ex libris Gotho-  
 rum sed ex Collatione LL. Mos. & Rom.  
 sumserunt editiones recentiores.

c) patroni uxoris, filiaeque p. B. — patronae vel  
 filiae patronae s.

T I T. XX.

*De Concubinis.*

**E**o tempore, quo quis uxorem habet, <sup>1.</sup> concubinam habere non potest. Concubina igitur ab uxore <sup>a)</sup> solo dilectu separatur.

\* T I T. XXI. A

*De Mulieribus, quae se servis alienis junxerint, vel ad Senatusconsultum Claudianum.*

**S**i mulier ingenua, civisque Romana, vel <sup>\*1.</sup> Latina alieno se servo conjunxerit, si quidem invito & denuntiante domino in eodem contubernio perseveraverit, efficitur ancilla. Si <sup>\*2.</sup> servo pupilli ingenua mulier se conjungat, denuntiatione tutoris efficitur ancilla. Mulier <sup>\*3.</sup> et si tamen ei, quæ se servo junxerit, denunciando adquirit ancillam. Procurator, & <sup>\*4.</sup> filiusfamilias, & servus jussu patris aut domini denunciando faciunt ancillam. Si peculiari servo filii familias libera se mulier conjunxerit, nulla discretione paternae voluntatis, jure solemni decurso, adquiret ancillam. Liberta <sup>\*5.</sup> sciente patrono alieni servi secuta contubernium, ejus, qui denuntiavit, efficitur ancilla. Liberta si ignorante patrono servo <sup>\*6.</sup> fe

<sup>a)</sup> sola delectione B. — solo delicto S. L. P. — solo derelicto A.

- se alieno conjunxerit, ancilla patroni efficitur,  
ea condicione, ne aliquando ab eo ad civita-
- \*8. tem Romanam perducatur. Filiafamilias ser-  
vo, quem ex castrensi peculio habet, si se  
ingenua mulier conjunxerit, ejus denuncia-
- \*9. tione efficitur ancilla. Filiafamilias, si invito,  
vel ignorantie patre, servo alieno se junxerit,  
etiam post denunciationem statum suum reti-  
net: quia facto filiorum pejor condicio pa-
- \*10. rentum fieri non potest. Filiafamilias, si ju-  
bente patre, invito domino, servi alieni con-  
tubernium secuta sit, ancilla efficitur: quia  
parentes deteriorem filiorum condicionem
- \*11. facere possunt. Liberta servi patroni contu-  
bernum secuta etiam post denuntiationem in  
eo statu manebit: quia domum patroni vide-
- \*12. tur deserere noluisse. Errore quae se putavit  
ancillam, atque ideo alieni servi contuber-  
num secuta est, postea liberam se sciens in  
contubernio eodem perseveraverit, efficitur
- \*13. ancilla. Si patrona servo liberti sui se con-  
junxerit, etiam denuntiatione conventam an-
- \*14. cillam fieri non placuit. Mulier ingenua,  
quae se sciens servo municipum junxerit, eti-  
am citra denuntiationem ancilla efficitur.  
Non idem, si nesciat: nescisse autem videtur,  
quae comperta condicione contubernio se abs-
- \*15. tinuit, aut libertum putavit. Libera mulier  
contubernium ejus secuta, qui plures domi-  
nos habuit, ejus fit ancilla, qui prior denun-  
tiavit:

*De Pactis inter Virum & Vxorem.* 31

patroni efficiuntur,  
ab eo ad civitas  
Filiafamilias fec-  
io habet, si la-  
ejus denuncia-  
iliis, si iavit,  
no se junxerit,  
em suum reti-  
condicio pa-  
amilias, si ju-  
vi alieni con-  
ficitur: quia  
condicione in  
atroni contu-  
ntiationem in  
patroni vide-  
que se putavat  
ervi contuber-  
n se sciens in  
rit, efficitur  
ti sive se con-  
conventam an-  
Julier ingenua,  
m junxerit, ei  
ancilla efficitur  
se autem videtur,  
ntubernio se ab  
Libera mulie-  
qui plures dom-  
qui prior denu-  
tum

tiavit: nisi forte ab omnibus factum sit. Si \*16.  
mater servo filii se junixerit, non tollit Sena-  
tusconsultum Claudianum erubescendam ma-  
tris etiam in re turpi reverentiam, exemplo  
ejus, quae se servo liberti sui conjunixerit.  
Tribus denuntiationibus conventa et si ex Se- \*17.  
natusconsulto facta videatur ancilla; domino  
tamen adjudicata citra auctoritatem interpositi  
per Praesidem decreti non videtur: ipse enim  
debet auferre, qui dare potest libertatem.  
Filiafamilias, mortuo patre, si in servi con- \*18.  
tubernio perseveraverit, pro tenore Sena-  
tusconsulti Claudiani conventa efficitur ancilla.

## TIT. XXI. B

*De Dotibus.*

**D**os aut antecedit, aut sequitur matrimoni- 1.  
um: & ideo vel ante nuptias, vel post nup-  
tias dari potest: sed ante nuptias data earum  
exspectat adventum. Lege Julia de adulteriis 2.  
cavetur, ne dotale praedium maritus invita  
uxore alienet.

## TIT. XXII.

*De Pactis inter Virum & Vxorem.*

**F**ructus fundi dotalis constante matrimonio 1.  
percepti lucro mariti cedunt, etiam pro rata  
anni ejus, quo factum est divorcium. Omni- 2.  
bus

bus pactis stipulatio subjici debet, ut ex stipulatu actio nasci possit.

## TIT. XXIII.

*De Donationibus inter Virum & Vxorem.*

1. Mortis causa donatio est, quae impendente metu mortis fit, a) ut est valetudinis, peregrinationis, navigationis, vel belli. Manumissionis gratia inter virum & uxorem donatio favore libertatis recepta est, vel certe quod nemo ex b) hac fiat locupletior. Ideoque servum manumittendi causa invicem sibi donare non prohibentur. Inter virum & uxorem nec per interpositam personam donatio fieri potest.
4. Inter virum & uxorem contemplatione donationis imaginaria venditio contrahi non potest.
5. c) Superslite eo, qui matrimonii tempore donaverat, ante decedente, cui fuerat donatum, id quod donatum est, penes donatorem remanet.
6. Quocunque tempore contemplatione mortis inter

a) *ut valetudinis* B. C. R.

b) *hoc* B. C. R.

c) Haec verba tanquam sententiam Pauli habent omnes editiones, B. S. L. P., excepta C. quam sequitur Schultingius, dum sententiam ex Digestis 34, 5. tr. 8. sumit, nostram vero pro interpretatione ponit, quam tamen interpretatio alia sequitur.

inter virum & uxorem donatio facta est,  
morte secuta convalescit.

## TIT. XXIV.

**S**i serva conceperit, & postea manumissa pererit, liberum parit *a*) Si libera conceperit, & ancilla facta pepererit, liberum parit: id enim favor libertatis exposcit. Si ancilla conceperit, & *b*) medio tempore manumissa sit, rursus facta ancilla pepererit, liberum parit: media enim tempora libertati prodesse, non nocere etiam possunt. Ex ea muliere natus, quae ex causa fideicommissi manumitti debuit, si *c*) post moram libertati factam nascatur, ingenuus nascitur. Si mulier divortio facta gravidam se sciat, intra tricesimum diem viro denuntiare debet, vel patri ejus, ut ad ventrem inspiciendum observandumque custodes *d*) mittant: quibus missis, partum mulieris omnimodo coguntur agnoscere. Si prægnantem se esse mulier non denuntiaverit, vel

custo-

*a*) B. & hic addit: *id enim fauer libertatis exposcit*, S. vero: *extorsit*.

*b*) *peperit*, m. t. m. s. r. f. *a. conceperit*, *liberum p. B.*

*c) mora l. facta B. —*

*d) mittantur: quoniam hi p. B.*

custodes ventris missos non admiserit, liberum est patri vel avo natum non alere. a) Ceterum negligentia matris, quo minus suus partus heres sit, obesse non debet. Si mulier se ex viro praegnantem negat, permittitur marito ventrem inspicere, & ventri custodes dare. Venter inspicitur per quinque obstetrics: & quod maxima pars earum denuntiavet, pro vero habetur. Obstetricem, quae partum alienum attulit, ut supponi possit, summo supplicio affici placuit.

## TIT. XXV.

## Quemadmodum Filii sui juris efficiuntur.

1. Pater ab hostibus captus desinit habere filios in potestate: posliminio vero reversus tam filios, quam omnia sui juris in potestatem recipit, ac si nunquam ab hostibus captus sit.  
 \*2\* Singulae mancipationes vel iisdem, vel aliis testibus fieri possunt: vel eodem die, vel intermissione tempore. Emancipatio etiam die feriato fieri potest. Apud magistratus municipales, si habeant legis actionem, emancipi pari & manumitti potest. Filius familias b) emancipari invitus c) non cogitur.

## TIT.

- a) Negligentia autem matris q. m. suo p. h. s. B.
- b) P. in marg. emancipare.
- c) S. cogendus est.

Capite  
mittitur p.  
adulterum  
demi fave  
manu occid  
in adulterio  
q. prope el  
tamen a del  
quanto legis  
preferendum  
tare licet  
non alios,  
quæcum  
excepta  
potest.  
cum ad  
justi dol  
Oculo adu  
morum, a  
cum quo i  
deprehend  
maritus ita  
p. s. f. e.

b) h.  
11

## TIT. XXVI.

*De Adulteriis.*

**C**apite secundo legis Juliae de adulteriis per \*1.  
mittitur patri, tam adoptivo, quam naturali,  
adulterum cum filia, cujuscunque dignitatis  
domi suae, vel generi sui deprehensum sua  
manu occidere. Filius familiae pater si filiam \*2.  
in adulterio deprehenderit, verbis quidem le-  
gis prope est, ut non possit occidere: permitti  
tamen ei debet, ut occidat. Rursusque capite \*3.  
quinto legis Juliae cavetur, ut adulterum de-  
prehensum viginti horis adtestando vicinos re-  
tinere liceat. Maritus in adulterio deprehensos \*4.  
non alios, quam infames, & eos, qui corpore  
quaestum faciunt, servos etiam [& liberos,]  
excepta uxore, quam prohibetur, occidere  
potest. Maritum, qui uxorem deprehensam \*5.  
cum adultero occidit, quia hoc impatientia  
justi doloris admisit, lenius puniri placuit.  
Occiso adultero dimittere statim maritus debet \*6.  
uxorem, atque ita triduo proximo profiteri,  
cum quo adultero, & in quo loco uxorem  
deprehenderet. a) Inventam in adulterio uxore, 7.  
maritus ita demum adulterum maritus occidere  
potest, si eum domi suae deprehendat. Eum, qui 8.  
in

a) Inuentam in adulterio uxorem maritus i. d. o.  
p. si adulterum domi s. d. B. S. L.

in adulterio deprehensam uxorem non statim dimiserit, reum lenocinii postulari placuit.

\***10.** a) Duos uno tempore uxoris adulteros accusari posse sciendum est: plures vero non posse.

\***11.** Cum his, quae publice mercibus vel tabernis exercendis procurant, adulterium fieri non pla-

\***12.** cuit. Qui masculum liberum invitum stuprave-

\***13.** rit, capite punitur. Qui voluntate sua stuprum flagitiumque impurum patitur, dimidia parte bonorum suorum multatur, nec testamentum

\***14.** ei ex majore parte facere licet. Adulterii convictas mulieres dimidia parte dotis, & tertia parte bonorum, ac relegatione in insulam placuit coercenti. Adulteris vero viris pari in insulam relegatione dimidiad bonorum partem auferri, dummodo in diversas insulas relegendur.

\***15.** Incesti poenam, quae in viro in insulam deportatio est, mulieri placuit remitti; haec-

nus tamen, quatenus lege Julia de adulteriis

\***16.** non apprehenditur. Ancillarum sane stuprum, nisi deteriores fiant, aut per eas ad dominam

**17.** affectet, citra noxam habetur. In causa adul-

terii dilatio postulata impartiri non potest.

TIT.

a) Sententia & Collationi debetur.

*Qui Potiores nominare non possint.* 37

T I T. XXVII.

*De Excusationibus Tutorum.*

**I**nimicitiae capitales, quas quis cum patre 1.  
a) pupillorum habuit, a tutelis excusant, ne  
paterno inimico pupilli committantur. Ad 2.  
curam ejus, cuius quis tutelam administravit,  
invitus vocari non potest.

T I T. XXVIII.

*De Potioribus nominandis.*

**N**on recte potiorem videtur nominare, qui 1.  
causam nominati potioris non expreſſerit.  
Potior quis esse debet non solum gradu gene- 2.  
ris, sed & substantia rei familiaris.

T I T. XXIX.

*Qui b) Potiores nominare non possint.*

**L**ibertus, quem pater tutorem dedit, si mi- 1.  
nus idoneus dicatur, excusari quidem non  
potest, sed adjungi illi curator potest.

TIT.

a) defunctorum B.

b) potior nominari n. possit B. S.

C 3

## T I T. XXX.

a) *Ad Orationem Divi Severi.*

**I.** Dolo b) tutoris curatorisve detecto, in du-  
plum ejus pecuniae condemnatione conveni-  
untur, qua minorem fraudare voluerunt.

## T I T. XXXI.

*De Furtis.*

**I.** Fur est, qui dolo malo rem alienam con-  
trectat. Furtorum genera sunt quatuor: ma-  
nifesti, nec manifesti, concepti, & oblati.  
Manifestus fur est, qui in faciendo deprehen-  
sus est, & qui intra terminos ejus loci, unde  
quid sustulerat, deprehensus est, vel antequam  
ad eum locum, c) quo destinaverat, perve-  
niret. Nec manifestus fur est, qui in faci-  
endo quidem deprehensus non est; sed eum  
3. furtum fecisse negari non potest. Concepti  
actione is tenetur, apud quem furtum quae-  
situm & inventum est. d) Oblati actione is  
tenetur, qui rem furtivam alii obtulit, ne  
4. apud se inveniretur. Furti actione is agere  
potest, cuius interest rem non perdidisse.

Con-

a) *Ad rationem B.*b) *tutores curatoresue B.*c) *quem aestimauerat B.*d) *Oblatione B.*

Concepti is agere potest, qui rem concepit, 5.  
& invenit. Oblati is agere potest, penes quem  
res concepta & inventa est. Manifesti furti 6.  
actio, & nec manifesti, & concepti, & ob-  
lati, heredi quidem competit, sed in heredem  
non datur. Servus, qui furtum fecerit, dam- 7.  
numve dederit, nisi id pro sui quantitate do-  
minus sarcire sit paratus, noxae a) dedi potest.  
Si servus furtum fecerit, deinde manumisius 8,  
fuerit, aut alienatus, cum ipso b) manumisso  
vel emptore agi potest: noxa enim caput se-  
quitur. c) Filius familias si furtum fecerit, 9.  
deinde emancipetur, furti actio in eum datur:  
quia in omnibus noxa caput sequitur. Non 10.  
tantum, qui furtum fecerit, sed etiam is, cu-  
jus d) ope aut consilio furtum factum fuerit,  
furti actione tenebitur. Rei hereditariae, an- \*11.  
tequam ab herede possideatur, furtum fieri  
non potest. Qui meretricem libidinis causa 12.  
rapuit & celavit, eum quoque furti actione  
teneri placuit. Furti manifesti actio praeter 13.  
poenam quadrupli ipsius rei persecutionem  
genere vindicationis & condictionis continet.  
Furti e) oblati actio adversus eum, qui obtu- 14.  
lit,

a) tradit B.

b) manumissore B. S.

c) Filius aut filia si B.

d) opera B. S. L. P.

e) concepti B. S.

lit, tripli est poena, & ipsius rei *a)* restitu-  
*15.* tutio. Furti quoconque genere condemnatus,  
*16.* famosus efficitur. Quaecunque in capona,  
 vel in meritorio stabulo, diversiorove perie-  
 rint, in exercitores eorum furti actio compe-  
*\*17.* tit. Si res vendita ante traditionem subrepta  
 sit, emptor & vendor furti agere possunt:  
 utriusque enim interest, rem tradi vel tradere.  
*\*18.* Si quid in nave rateve perierit, furti actio in  
*19.* exercitorem navis datur. Rem pignori datam  
 debitor creditori subtrahendo furtum facit:  
 quam si & ipse similiter *b)* amiserit, suo no-  
*20.* mine persequi potest. Pater, *c)* vel dominus  
 de ea re, quae filios familias, vel servo sub-  
 repta est, furti agere potest: interest enim ei  
 deferri actionem, qui de peculio convenitur.  
*21.* Si rem, quam tibi *d)* commendavi, postea  
 subripui, furti actio competere tibi non pote-  
 rit: rei enim nostrae furtum facere non pos-  
*\*22.* sumus. Qui furtum quaesitus est, ante-  
 quam quaerat, debet dicere, quid quaerat, &  
*23.* rem suo nomine & sua specie designare. Si,  
 cum furtum quis quaerit, damnum injuriae  
 dederit, actione legis Aquiliae tenebitur.  
*24. e)* Ob indicium comprehendendi furis praemi-  
 um

*a)* repetitio B. S. in m. C. P.

*b)* admiserit B. S. in m.

*c)* S. addit mater.

*d)* commodati B. C.

*e)* B. hanc post sequentem ponit.

um promissum jure debetur. Sive segetes <sup>25.</sup>  
 per furtum, sive quaelibet arbores caesae sint,  
 in duplum ejus rei nomine reus convenitur.  
 Si servum communem quis furatus sit, socio <sup>26.</sup>  
 quoque actio furti dabatur. Qui pro dere- <sup>27.</sup>  
 licto rem jacentem occupavit, furtum non  
 committit: [tametsi] a domino derelinquendi  
 animo relictam. Si servus furtum fecerit <sup>28.</sup>  
 cum domino, praeter rei condicione furti  
 actio in dominum datur. Fullo & sarcina- <sup>29.</sup>  
 tor, qui polienda vel sarcienda uestimenta ac-  
 cepit, si forte his utatur, ex contrectatione  
 eorum furtum fecisse videtur: quia non in  
 eam causam videntur accepta. Frugibus ex <sup>30.</sup>  
 fundo subreptis, tam colonus, quam domi-  
 nus furti agere possit: quia utriusque interest,  
 rem persequi. Qui ancillam non meretricem <sup>31.</sup>  
 libidinis causa subripuit, furti actione tene-  
 bitur: & si suppressit, poena legis Faviae  
 coercetur. Qui tabulas, cautionesve subri- <sup>32.</sup>  
 puit, in adscriptam summam furti actione te-  
 nebitur: nec interest, cancellatae, nec ne sint:  
 quia ex his debitum a) magis solutum esse  
 comprobari potest. Qui servo fugae consili- <sup>33.</sup>  
 um dedit, furti quidem actione non tenetur,  
 sed servi corrupti. Res subrepta si in domini <sup>34.</sup>  
 potestatem reversa sit, cessat furti actio. Qui <sup>35.</sup>  
 furandi animo conclave effregit, vel aperuit,  
 sed

a) dissolutum interest comprobari B. S. L.

sed nihil abstulit, furti actione conveniri non  
 36. potest; injuriarum potest. Qui rem suam  
 furatur, ita demum furti actione non tene-  
 \*37. tur, si alteri ex hoc non noceatur. Servus,  
 qui in fuga est, a domino quidem possidetur,  
 sed dominus furti actione ejus nomine non  
 tenetur: quia in potestate eum non habet.

## T I T. XXXII.

*De Operis Libertorum.*

I. Egentem patronum libertus obligatione doni,  
 munieris, & operarum solitus alere cogen-  
 dus est, pro modo facultatum suarum.

LIBER




---

## LIBER TERTIVS.

### TITVLVS I.

*De Carboniano Edicto.*

a) **S**i fratri impuberi controversia fiat, an 1. pro parte puberis differri causa debeat, varia-  
tum est: sed magis est, ut differri non de-  
beat.

### TIT. II.

*De Bonis Liberti.*

**I**n bonis liberti prior est patronus, quam 1.  
filius alterius patroni. Itemque prior est fili-  
us patroni, quam nepos alterius patroni. Li- 2.  
bertus duos patronos heredes instituit, alter  
eorum vivo liberto moritur, is, qui supereft,  
contra tabulas testamenti bonorum possesso-  
nem recte postulat. Libertorum hereditas in 3.  
capita, non in stirpes dividitur: & ideo si  
unius patroni duo sint liberi, alterius quatuor,  
singu-

a) *Si fratri puberi & impuberi controversia fiat,*  
*pro parte impuberis differri causam deberi ra-*  
*zum est, sed magis est ut puberis differri non*  
*debeat. B. — Si f. puberi c. f. an p. p. impu-*  
*beris &c: S. L. P. Lectio Bouchardi, quippe*  
*codice fulta, merae Cuiacii coniecturae pae-*  
*ferenda videtur.*

singuli viriles, id est, aequales portiones  
4. habebunt. Patronus, vel patroni liberi ex  
parte dimidia heredes instituti, aes alienum  
liberti pro portionibus exsolvere cogantur.

## T I T. III.

*De Lege Fabiana.*

1. **E**a, quae in fraude patroni a liberto quo-  
quo modo alienata sunt, Fabiana formula tam  
ab ipso patrono, quam a liberis ejus revo-  
cantur.

## T I T. IV. A

*De Testamentis.*

1. **T**estamentum facere possunt masculi post  
completum quartum decimum annum, femi-  
2. nae post duodecimum. Spadones eo tempore  
testamentum facere possunt, quo plerique pu-  
bescunt, id est, a) anno decimo octavo.  
3. Filiusfamilias, qui militavit, de castrensi pe-  
culio tam communi, quam proprio jure te-  
stamentum facere potest. Castrense autem  
peculum est, quod in castris adquiritur, vel  
4. quod proficiscenti ad militiam datur. Cae-  
cus testamentum potest facere: quia b) accire  
potest adhibitos testes, & audire sibi testimo-  
niūm

a) annorum decem & octo B.

b) scire S. P.

nium perhibentes. Furiosus tempore inter- 5.  
missi furoris testamentum facere potest. Mu- \*6.  
lieri, quae luxuriose vivit, bonis interdici  
potest. a) Moribus per Praetorem bonis in- 7.  
terdicitur hoc modo: **QVANDO b) TIBI BONA**  
**PATERNA AVITAQUE NEQVITIA TVA DIS-**  
**PERDIS, LIBEROSQUE TVOS AD EGESTATEM**  
**FERDVCIS: OB EAM REM TIBI c) EA RE**  
**COMMERCIOQUE INTERDICO.** Qui ab hosti- 8.  
bus captus est, testamentum, quasi servus,  
facere non potest. Sane valet testamentum  
id, quod ante captivitatem factum est, si re-  
vertatur, jure postliminii: aut si ibidem dece-  
dat, beneficio legis Corneliae, d) qua lege  
etiam legitimae tutelae hereditatesque firman-  
tur. In insulam e) relegatus, & in opus pub- 9.  
licum ad tempus damnatus, quia retinet civi-  
tatem, testamentum facere potest, & ex te-  
stamento capere. Plures quam septem ad te- 10.  
stamentum adhibiti non nocent: f) superflua  
enim facta prodeſſe juri tantum, nocere non  
pos-

a) B. & S. hic nouum faciunt titulum: *de eo cui moribus interdicitur.*

b) TRADIS B. P. ALIAQUE B. — TVA B. P.  
C. R.

c) AERE B. L. P. G.

d) *quia lege ista l. t. B.*

e) *relegati ... damnati ... retinent ... possunt*  
*& testamētū capere B.*

f) *superflui enim factō prodeſſe viri tantum B.*

11. possunt. In adversa corporis valetudine mente captus, eo tempore testamentum facere non potest. Prodigus recepta vitae sanitatem, ad bonos mores reversus, & testamentum facere, 13. & ad testamenti solennia adhiberi potest. Ex his, qui ad testamentum adhibentur, si qui sint, qui Latine nesciant, vel non intelligent, a) sed tamen sentiant, b) cui rei intersint, adhibiti non vitiant testamentum.

## \* T I T. IV. B

*De Institutione Heredum.* \*

1. Condicionum duo sunt genera: aut enim possibilis est, aut impossibilis. Possibilis est, quae per rerum naturam admitti potest: impossibilis, quae non potest: quarum ex eventu altera exspectatur; altera impossibilis submo. 2. vetur. Condiciones contra leges, & decreta Principum, vel bonos mores adscriptae nullius sunt momenti: veluti, SI VXOREM NON DVXERIS, SI FILIOS NON SVSCEPERIS, SI HOMICIDIVM FECERIS, c) SI BARBARO HAB. 3. TV PROCESSERIS, & his similia. Quoties non appetat, d) quis sit heres institutus, institu-

a) si tamen B. S.

b) cuius rei i. adhibitione n. v. r. B.

c) loco sequentium verborum B. haec habet:  
AVT SI A LITE NON CESSERIS.

d) quidem, quis B.

stitutio non valet: quod evenit, si testator plures amicos unius nominis habeat. Heredes aut 4. instituti, aut substituti dicuntur. Instituuntur primo gradus substituuntur secundo, vel tertio scripti. Substituere quis & pure, & sub conditione 5. potest: & tam suis, quam extraneis; tam puberibus, quam impuberibus. In quot 6. vult uncias testator hereditatem suam dividere potest. Impleto asse, sine parte heredes instituti a) ad prioris assis semissim aequis portionibus veniunt. Servus alienus cum liber- 7. tate heres institutus, institutionem non infirmit: sed libertas, ut alieno, supervacue data videtur. Filio & extraneo aequis partibus here 8. dibus institutis, si praeterita adcrescat, tantum suo avocabit, quantum extraneo. Si vero duo sint filii instituti, suis tertiam, extraneis dimidiam tollit. Talis est postumorum institutio: 9. Si QVI POST MORTEM MEAM POSTVMI b) NATI FVERINT, HERIDES c) SVNTO. Si vivo eo nascantur, rumpunt testamentum. Nepos postmus, d) qui in locum patris succedere potest, ab avo aut heres instituendus est, aut nominatim exheredandus, ne adgnascendo rumpat testamentum. Qui semel constituit ad se hereditatem pertinere, ac se rebus ejus immiscuit, repudiare eam non potest, etiamsi damnosa sit. TIT.

a) ad priores asses instituti in semissim a. p. v. B.

b) abest nati a B.

c) SVNT. Item si B. SVNTOTE S.

d) abest qui a B.

## T I T. V.

a) *De Senatusconsulto Silaniano.*

1. **H**ereditas ejus, qui a familia occisus esse dicitur, ante habitam quaestionem adiri non potest, neque bonorum possessio postulari.
2. Occisus videtur non tantum qui per vim aut per caedem imperfectus est, velut jugulatus, aut praecipitatus: sed & is, qui veneno necatus dicitur: honestati enim heredis convenit qualemque mortem testatoris inultam non
3. b) praetermittere. Domino occiso, de ea familia quaestio habenda est, quae intra tectum fuerit, vel certe extra tectum c) cum domino,
4. eo tempore, quo occidebatur. Qui occisus dicitur, si constet, eum sibi quoquo modo manus intulisse, de familia ejus quaestio non est habenda: nisi forte prohibere potuit, nec
5. prohibuit. Neroniano Senatusconsulto caveatur, ut occisa uxore etiam de familia viri quaestio habeatur: idemque d) ut iuxta uxoris familiam observetur, si vir dicatur occisus.
6. Servi, qui sub eodem tecto fuerint, ubi dominus prohibetur occisus, & torquentur, & puniuntur; et si testamento occisi manumissi sint. Sed & hi torquentur, qui cum occiso in

a) *ad SC. Sileyanum B.*

b) *permittere B.*

c) *cum dominus e. r. occidebatur B. S.*

d) *arque iuxta B. idque iuxta S.*

in itinere fuerunt. Servi de proximo si, cum 7.  
possent a) ferre, auditis clamoribus auxilium  
domino non tulerunt, puniuntur. Servos, 8.  
qui in itinere circumdatum a latronibus do-  
minum per fugam deseruerunt, apprehensos  
& torqueri, & summo supplicio affici placuit.  
Habetur de familia quaestio, & si heres testa- 9.  
torem occidisse dicatur nec; interest, an ex-  
traneus, an ex liberis sit. Hereditas a fisco \*10.  
ut indignis aufertur his primum, qui, cum  
interfectus esset testator, apertis tabulis testa-  
menti, vel ab intestato adierunt hereditatem,  
bonorumve possessionem acceperunt: amplius  
his & in centum millia festiiorum poena ir-  
rogatur. nec refert, a quibus paterfamilias,  
nec quemadmodum occidatur. In disponen- \*11.  
da eorum quaestione, quorum dominus dici-  
tur interemptus, hic ordo servatur: primum  
ut constet occisum dominum: deinde ut li-  
queat, de quibus ea quaestio habenda sit: at-  
que ita de reis inquirendum. Etsi percussor \*12.  
certus fit, tamen de familia habenda quaestio  
est, ut caedis mandator inveniri poslit. Om- 13.  
nibus, qui contra voluntatem defuncti faci-  
unt, ut indignis aufertur hereditas, si nihil  
testamento in fraudem legis fuerit b) cautum.  
Sive falsum, sive ruptum, sive irritum dica- 14.  
tur

a) *scire* B.

b) *captum* B.

D

tur esse testamentum, salva eorum disceptatione, scriptus heres jure in possessionem mitti desiderat. Si inter heredem institutum & substitutum controversia sit, magis placuit eum in possessionem rerum hereditiarum mitti,  
 \*16\* qui primo loco scriptus est. Scriptus heres ut statim in possessionem mittatur, jure desiderat. Hoc post annum impetrare non potest.  
 17. In eo testamento, quod nec ut oportuit oblatum, nec publice recitatum est, heres scriptus in possessionem mitti frustra desiderat.  
 18. In possessionem earum rerum, quas mortis tempore testator non possedit, heres scriptus, priusquam jure ordinario experiatur, improbe mitti desiderat.

## T I T. VI.

## De Legatis.

1. Per præceptionem uni ex heredibus nummi legati, qui domi non erant, officio judicis familiae herciscundae a) a coheredibus præstabuntur. Ante heredis institutionem legari non potest: inter medias heredum institutiones, sive b) alter, sive uterque aдеat, potest.
3. Interdum dimidium, interdum totum debetur legatariis: dimidium, si per vindicationem lega-

a) ab heredibus B.

b) aliter, sive ut quis aдеat, potest interdum d. i. s. legari, dimidium &amp;c. B.

legatum sit, totum, si per damnationem.

a) Communi servo cum libertate, & sine libertate legari potest: totumque legatum socio testatoris adquiritur. Post mortem heredis legari non potest: quia nihil ab herede hereditis relinquere potest. In mortis tempus, tam suae, quam heredis ejus legata b) confirmari possunt, hoc modo: LVCIO TITIO, CVM MORIETVR, DO LEGO, aut, HERES MEVS DARE DAMNAS ESTO. Per vindicationem legatum, et si nondum constituerit legatarius ad se pertinere, atque ita post apertas tabulas ante aditam hereditatem decesserit, ad heredem suum c) transmittit. Si res obligata creditori, cuius causam testator non ignoravit, per damnationem legata sit, luitio ad heredis sollicitudinem spectat. Servo fataliter interempto, legatarii damnum est: quia legatum nulla culpa heredis intercidit. Damnari heres potest, ut alicui dominum exstruat, aut aere alieno eum liberet. Sinendi modo tam corporales res, quam quae in jure consistunt, legari possunt: & ideo debitori id, quod debet, recte legatur. Ejus rei, quae legata est, exemplo heredis, partem agnoscere, partem repudiare.

a) Schultingius regulam habet 3 B ex consulta-

tione insertam.

b) Coni. Cuiacii - conferri.

c) legatum tr. B. S.

13. pudiare legatarius non potest. Legatum nisi certae rei a) sit, & ad certam personam defensatur, nullius est momenti. b) Si quis sibi & Titio legatum adscriperit, magis est, ut 15. totum legatum ad conjunctum pertineat. Qui se filio testatoris impuberi tutorem adscripsit, ut suspectus a tutela removendus est, ad 16. quam c) ultro videtur affectasse. Rem legatum testator si postea pignori, vel fiduciae dederit, ex eo voluntatem mutasse non videtur. 17. d) Ususfructus uniuscujusque rei legari potest: & aut ipso jure constituetur, aut per heredem praestabatur. Ex causa quidem damnationis per heredem praestabatur; ipso autem jure per 18. vindicationem. e) Furioso, & aegrotantis, & infantis ususfructus utiliter relinquitur: horum enim alius resipiscere, alius convalescere, alius 19. crescere potest. Ancillae usufructu legato, partus ejus ad fructuarium non pertinent. 20. Gregis usufructu legato, grege integro manente, fetus ad usufructuarium pertinent: salvo eo, ut quidquid gregi deperierit, ex fe- 21. tibus impleatur. Areae usufructu legato, aedi-

a) abest sit a B.

b) B. hic loco sententiae interpretationem habet.

c) se ultro B.

d) B. & S. hic habent nouum titulum: de usu fructu.

e) Furioso, & aegrotanti & infanti B. S. L. P. G.

aedificia in ea constitui non possunt. Acces- 22.  
sio alluvionum ad fructuarium a) fundum,  
quia fructus fundi non est, non pertinet: ve-  
nationis vero & aucupii redditus ad fructua-  
rium pertinet. Servos nec torquere, neque 23.  
flagellis caedere, neque in eum casum facto  
suo perducere usufructarius potest, quo de-  
teriores fiant. Fructu legato, si usus non 24.  
adscribatur, magis placuit, usumfructum vi-  
deri adscriptum: fructus enim sine usu esse  
non potest. Si alteri usus, alteri fructus le- 25.  
gatus sit, fructarius in usum concurrit: quod  
in fructu usuarius facere non potest. b) Cum 26.  
conjunctim duobus c) usumfructum do, lego,  
legatum, altero mortuo, ad alterum in solidum  
pertinebit. Usufructu legato de modo utendi 27.  
cautio a fructuario solet interponi: & ideo per-  
inde omnia se usurum, ac si optimus paterfa-  
milia uteretur, fidejussoribus oblatis cavere co-  
getur. Usufructus amissus ad proprietatem 28.  
recurrat. Amittitur autem quinque modis:  
capitis minutione, rei mutatione, non utendo,  
in jure cessione, dominii comparatione. Ca- 29.  
pitis minutione amittitur, si in insulam fructu-  
arius deportetur, vel si ex causa metalli ser-  
vus d) poenae efficiatur, aut si statum ex adro-  
gatio-

a) Coni. Schultingii: *fundi.*

b) Cum abeat a B.

c) usum delego B.

d) pene B. S. L. P. G.

30. gatione, vel adoptione mutaverit. Non uten-  
 do amittitur ususfructus, si possessione fundi  
 biennio fructuarius non utatur, vel rei mo-  
 31. bilis anno. Rei mutatione amittitur usus-  
 fructus, si domus legata incendio conflagra-  
 verit, aut ruina perierit, licet postea restitu-  
 32. tur. In jure cessione amittitur ususfructus,  
 quoties domino proprietatis eum fructuarius  
 33. in jure cesserit. Finitur ususfructus aut morte,  
 aut tempore. morte, cum usufructuarius mor-  
 ritur: tempore, quoties ad certum tempus  
 usufructus legatur, velut biennio, aut trien-  
 34. nio. Fundo, vel servo legato, tam fundi  
 instrumentum, quam servi peculium ad lega-  
 35. tarium pertinet. Quaerendorum fructuum  
 causa esse videntur, qui opus rusticum faciunt,  
 & monitores, & villici, & saltuarii: item  
 boves aratorii, aratra, bidentes, & falces  
 putatoria: frumentum quoque ad sementem  
 36. depositum. a) Cogendorum fructuum causa  
 comparata b) instrumento cedunt: velut cor-  
 bes, alvei, falces messoriae, & foenariae,  
 37. item molae olivariae. Conservandorum fructu-  
 um causa comparata c) instrumento cedunt:  
 velut dolia, cupae, vehicula rustica, cibaria,  
 pistores, asini, focariae: item ancillae, quae ve-  
 stimen-

a) *Fructuum colligendorum B. — Condendo-*  
rum S.

b) *sub i. B.*

c) *sub i. B.*

ſlimenta rusticis faciunt: a) ſcotra quoque & futor continebuntur. Vxores eorum, qui 38. operantur, magis eft ut instrumento cedant. Pecora quoque, & paſtores eorum, ſterco- randi cauſa parata, instrumento continentur. Ea autem, quae custodiae magis cauſa, quam 39. ad uſus patrifamiliae eo delata ſunt, instru- menti nomine non continentur. Vxores vero 40. eorum, qui mercedes praeftare conſueverunt, neque instructionis, neque instrumenti appellatiōne continentur. Piftationis, b) & vena- 41. tionis instrumentum ita demum instrumento fundi continentur, ſi ex hiſ maxime fundi redi- tus cogatur. Fructus percepti instrumento 42. fundi ita demum cedunt, ſi ibidem abſumi a teſtatore conſueverant. Fundo cum omni 43. instrumento rusticō, & urbano, & manci- piis, quae ibi ſunt, legato, femina quoque, & cibaria debebuntur. Fundo cum omni in- 44. ſtrumento rusticō, & urbano, & mancipiis, quae ibi ſunt, legato, tam ſuppellex, quam aeramentum, itemque argenteum, & vefteſ, quae ibi paterfamilias inſtruendi gratia habere ſolet, debebuntur. item ea mancipia, quae uſui patrifamilias eſſe ſolent: itemque aveſ, & pecora, quae c) inſtruendarum epularum gratia in

a) B. ſcodra.

b) B. vel.

c) ferendarum B.

- in fundo comparata sunt: exceptis his, quae  
 45. ibi custodiae causa deposita sunt. Fundo  
 legato, a) VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE EST,  
 retia apraria, & cetera venationis instrumenta  
 continebuntur. quae etiam ad b) instrumenta  
 pertinent, si quaestus fundi ex maxima parte  
 46. in venationibus consistat. Fructus, qui solo  
 cohaerebant mortis testatoris tempore, ad le-  
 gatarium pertinent: ante percepti ad heredem.  
 47. Fundo legato cum mancipiis, & pecoribus,  
 & omni instrumento rustico, & urbano, pec-  
 culum actoris ante testatorem defuncti, si ex  
 eodem fundo fuerit, magis placet ad legata-  
 rium pertinere. Actor, vel colonus ex alio  
 fundo in eodem constitutus, qui cum omni  
 instrumento legatus erat, ad legatarium non  
 pertinet: nisi eum ad jus ejus fundi testator  
 \*49\* voluerit pertinere. Adjunctiones, quas fundo  
 legato testator ex diversis emptionibus appli-  
 50. caverat, legatario cedere placuit. c) Instructo  
 praedio legato, fabri ferrarii, item d) tignar-  
 iei, putatores, & qui instruendi fundi gratia  
 51. ibidem morabantur, legato cedunt. Instructo  
 fundo legato, libri quoque, & bibliothecae,  
 quae in eodem fundo sunt, legato contine-  
 52. buntur. Servum studendi gratia ex eodem  
 fundo,

a) ITA VTI B. S. L. P. G.

b) instrumentum B. S.

c) Structo B. ita & in sequentibus.

d) lignarii B.

fundo, qui cum mancipiis fuerat legatus, alio translatum, ad legatarium placuit pertinere. Fundo ita, ut possederat, legato, 53. mancipia, tam urbana, quam rustica, item que aurum, & vestes, quae eodem tempore in fundo comprehenduntur, ad legatarium pertinent. a) Pascua, quae postea comparata 54. ad fundum legatum testator adjunxerat, si ejus appellatione contineantur, ad legatarium pertinent. Quidquid in eadem domo, quam 55. instructam legavit paterfamilias, perpetuo instruendi se gratia habuit, legatario cedit. In 56. structa domo legata, ea legato continentur, quibus domus munitor, vel tuta ab incendio praestatur: tegulae, specularia, & vela legato continebuntur: item b) aeramenta, lecti, culcitae, c) pulvini, subsellia, cathedrae, mensae, armaria, delphicae, pelves, d) conchae, e) aquiminalia, candelabra, lucernae, & similia, quacunque materia expressa. Domo le- 57. gata, balneum ejus, quod publice praebetur, nisi alias separetur, legato cedit. Domo cum omni 58. jure suo, sicut instructa est, legata, urbana familia, item artifices & vestiarii, & zetarii & aquarii, eidem

a) *Pascuaria* B. S. L. P. G.

b) *stramen* l. B.

c) *puluinaria* B. C. R.

d) *conchae* abest a B. L. G.

e) *aequimanilia* B. P.

59. eidem domui servientes, legato cedunt. Omnisibus, quae in domo sunt, legatis, cautions debitorum, rationesque servorum legato  
 \*60\* cedunt. Mobilibus legatis, aurum, vel argentum non debetur; nisi de his quoque manefeste sensisse testatorem possit ostendti. Instrumento cauponio legato, ea debentur, quae in cauponis usum parata sunt: velut vasaa, in quibus vinum defunditur: escaria quoque, & pocularia vasa debentur. Sane mi-  
 62. nistri earum rerum legato non cedunt. Instrumento Medici legato, collyria, & emplastrorum, & apparatus omnis conficiendorum medicamentorum, itemque ferramenta legato  
 63. cedunt. Instrumento pictoris legato, colores, a) penicilli, cauteria, & temperandorum  
 64. colorum vasa debebuntur. Pistoris instrumento legato, cribra, asini, molae, & servi, qui pistrinum exercent, item machinae, qui-  
 65. bus farinae subiguntur, legato cedunt. Instrumento balreatorio legato, balneator ipse, & scamna, & hypodia, fistulae, miliaria, epistomia, rotae aquariae: jumenta quoque,  
 66. quibus ligna deferuntur, legato cedunt. Instrumento piscatoris legato, & retia, & nassae, & fu- scinae, & naviculae; hami quoque, & cetera  
 67. ejusmodi usibus destinata debentur. Supellecstile legata capsae, armaria, non solum librorum, aut quae vestis ponendae gratia parata sint, de- bebun-

a) pinsuli B. — pensuli S.

cedunt. Om-  
 legatis, cautio-  
 servorum legato  
 aurum, vel ar-  
 his quoque ma-  
 sit ostendi. Lo-  
 ea debentur  
 sunt: velut va-  
 r: escaria quo-  
 ur. Sane mi-  
 a cedunt. Is-  
 yria, & em-  
 conficiendorum  
 ramenta legato  
 legato, colo-  
 emperadorum  
 Pistoris insti-  
 molae, & ser-  
 machinae, qui  
 o cedunt. In-  
 balnearior ipse  
 ulae, miliariu-  
 gumenta quoqu-  
 o cedunt. Infla-  
 tia, & nassae, &  
 quoque, & ca-  
 bentur. Supelle-  
 na solum libros  
 ratia parata fin-  
 bel

habentur: sed & byssina, & crystallina, &  
 argentea, & vitrea vasa, tam escaria, quam  
 a) pocularia, & vestes stratoriae legato ce-  
 dunt. Villis, vel agris separati legatis, al- 68.  
 terum alteri cedit. Servis legatis, ancillae 69.  
 quoque debebuntur: non item servi legatis  
 ancillis. Sed ancillarum appellatione tam vir-  
 gines, quam b) servorum pueri continentur;  
 iis, scilicet, exceptis, quae fiduciae datae  
 sunt. Servis amanuensibus legatis, omnes, 70.  
 qui ex conversatione urbana, & in ministe-  
 rio fuerunt, debebuntur: nisi ex his aliqui  
 perpetuo ad opus rusticum transferantur.  
 Venatores servi, vel aucupes an inter urbana 71.  
 ministeria contineantur, dubium remansit: &  
 ideo voluntatis est quaestio. Tamen si in-  
 struendarum quotidianarum epularum gratia  
 c) habentur, debentur. Muliones, & insti- 72.  
 tores inter urbana ministeria continentur: item  
 obsonatores, & vestiarii, d) & cellararii, &  
 cubicularii, & arcarii, & coqui, placentarii,  
 tonsores, pistores, lecticarii, e) stabularii.  
 Pecoribus legatis quadrupedes omnes conti- 73.  
 nentur, quae gregatim pascuntur. Jumen- 74.  
 tis

a) potoria B. — pocula S.

b) puberes vel impuberes accipiendae sunt B. Verba sunt interpretis.

c) apri sint; his d. B.

d) & cellararii abest a B.

e) stabularii abest a B, L, P.

tis legatis, boves non continentur. Equis vero legatis, equas quoque placuit contineri. Ovibus autem legatis agni non continentur,

75. nisi a) annuales sint. Grege ovium legato,

76. arietes etiam continentur. Avibus legatis, anseres, phasiani, gallinae, & aviaria debentur. An autem phasianarii, & pastores

77. anserum, voluntatis quaestio est. Dulcibus legatis, sapa, desfrutum, mulsum, dulce etiam vinum, palmae, caricae, uvae passae debentur. Sed in hoc quoque voluntatis est quaestio: quia & in specie pomorum com-

78. prehendi possunt. Frugibus legatis, tam leguminæ, quam ordeum, & triticum, conti-

79. nentur. b) Veste legata, ea cedunt, quae ex lana, & lino texta sunt: item serica & bombycina; quae tamen induendi, operiendi, cingendi, c) sternendi, injiciendi causa parata sunt. Pelles quoque indutoriae contine-

80. buntur. Veste virili legata, ea tantummodo debebuntur, quae ad usum virilem, salvo pudore virilitatis, attinent. Stragula quoque

81. huic legato cedunt. Muliebri veste legata, omnia, quae ad usum muliebrem spectant, de-

82. bebuntur. Lana legata, sive succida, sive lota sit, sive pectinata, sive versicoloria, legato cedit.

## Purp.

a) annales B.

b) Vestes legatae cedunt q. e. l. e. l. textae sunt B.

c) sternendiue causa p. f. B.

Purpura vero, aut stamen, *a)* subtemenve  
hoc nomine non continentur. Mundo mu- 83.  
liebri legato, ea cedunt, per quae mundior  
mulier *b)* lautiorque efficitur: velut speculum,  
conchae, *c)* situli: item buxides, unguenta,  
& vasa, in quibus ea sunt: item sella balnea-  
ris, & cetera *d)* ejusmodi. Ornamentis lega- 84.  
tis, ea cedunt, per quae ornatior efficitur mu-  
lier: veluti anuli, catenae, reticuli, & cetera,  
quibus collo, vel capite, vel manibus mulie-  
res ornantur. Argento legato, massae tan- 85.  
tummodo debebuntur: vasa enim, quae pro-  
prio nomine separantur, legato non cedunt:  
quia nec lana legata, vestimenta debebuntur.  
Vasis argenteis legatis, ea omnia continentur, 86.  
quae capacitatii alicui parata sunt: & ideo tam  
potoria, quam escaria, item ministeria om-  
nia debebuntur: veluti urceoli, *e)* paterae,  
lances, piperatoria; cochlearia quoque, item-  
que trullae, calices, scyphi, & his similia.  
Libris legatis, *f)* chartae volumina, vel mem- 87.  
branae, & philurae continentur. Codices  
quoque debentur: librorum enim appellatione  
non volumina chartarum, sed scripturae mo-  
dus,

*a)* subtegmenue B. S.

*b)* laetiorque B.

*c)* situlae B. S.

*d)* Absunt a B. quae inter haec verba, & simi-  
lia paragraphi sequentis comprehenduntur.

*Balnearis* & caetera, quibus collo v. c. v. m. m. o.

*e)* Lances, patinas B. C. — patinas lances P.

*f)* tam c. B. S.

- dus, qui certo fine concluditur, aestimatur.
88. Auro legato, gemmae quoque inclusae, itemque margaritae, & smaragdi legato cedunt. Sed magis est, voluntatis esse quaestionem: infectum enim aurum debetur: factum enim
89. ornamentorum genere continetur. Vasis argenteis legatis, emblemata quoque ex auro
90. infixa legato cedunt. Argento potorio legato, omnia, quae ad poculorum speciem comparata sunt, debebuntur: veluti paterae, calices, scyphi, urceoli, a) oenophoria, & con-
91. chae. Carruca cum junctura legata, mulae quoque legatae, b) non mulio videtur, propter quotidiam loquendi consuetudinem.
92. Prolatis codicillis, vel alio testamento, quibus ademptum est legatum, vel certe rescisum, perperam soluta repetuntur.

## T I T. VII.

*De Mortis causa Donationibus.*

1. Mortis causa donat, qui ad bellum proficiscitur, & qui navigat, ea, scilicet, condicione, ut, si reversus fuerit, sibi restituatur: si perierit, penes eum remaneat, cui donavit.
2. Donatio mortis causa, cessante valetudine, & c) secuta sanitate, d) & poenitentia etiam re-

voca-

a) igniferaria B.

b) &amp; mulio non B. nec nou. &amp; mulio S. L. P. G.

c) sequente B. S.

d) abest &amp; a B. C. P.

a) E*stabilita  
mortis causa de  
Paludiae institu-  
tore. Quod  
queritur, pre-  
officio publico o-  
cienda est, qua-  
ceter extingueda  
plus dolorante  
mater viva f-  
putantur.  
millorum,  
peti possunt.  
possuntan no-*

Vulnus

vocatur: morte enim tantummodo convalescit.

## T I T. VIII.

*Ad Legem Falcidiam.*

a) **E**xhausta legatis, aut fideicommissis, vel 1.  
mortis causa donationibus hereditate, auxilio  
Falcidiae institutus heres quadrantem retinere  
potest. Quoties de modo quartae retinendae 2.  
quaeritur, propter periculum plus petendi,  
officio judicis omnibus aestimatis, quarta fa-  
cienda est, quae apud heredem remaneat: aut  
certe exigenda cautio a legatario, ut, quod  
plus dodrante percepit, restituat. Ea, quae 3.  
mater viva filio donavit, in quartam non im-  
putantur. Ex mora praefandorum fideicom- 4.  
missorum, vel legatorum fructus, & usurae  
peti possunt. Mora autem fieri videtur, cum  
postulanti non datur.

a) *Exhaustam . . . hereditatem B.*

LIBER

## LIBER QVARTVS.

## TITVLVS I.

*De Fideicommissis.*

1. Ab uxore, cui vir dotem praelegavit, fideicommissum relinquere non potest: quia non ex lucrativa causa testamento aliquid capit, sed proprium recipere videtur. *a)* A postumo herede instituto fideicommissum dari potest.
2. Ab Imperatore herede instituto legatum, &
3. fideicommissum peti potest. A furdo, vel muto, sive legatum acceperit, sive heres institutus sit, vel ab intestato successerit, fideicommissum relinquitur. Qui fideicommissum relinquit, etiam cum eo, cui relinquit, loqui potest: velut, PETO, CAI SEI, CONTENTVS SISILLA RE: aut, VOLO TIBI IL-
6. LVD PRAESTARI. *b)* Fideicommittere his verbis possimus, ROGO, PETO, VOLO, MANDO, DEPRECOR, CVPIO, INJVNGO. DESIDERO quoque, & *c)* IMPERO verba utile faciunt fideicommissum. RELINQVO vero & COMMENDO, nullam fideicommissi pariunt actionem.
7. nem. Tam nostras res, quam alienas per fideicommissum relinquere possimus: sed no-

strac

*a) Abest a a B.**b) Fideicommissum h. v. p. formare B.**c) impetro B. S. L. P. G.*

stra statim; alienae autem aestimatae, aut  
redeptaæ praestantur. Si alienam rem tan- 8.  
quam suam testator per fideicommissum reli-  
querit, non relicturus, si alienam scisset, ut  
solet legatum, ita inutile erit fideicommissum.  
Testator supervivens, si eam rem, quam re- 9.  
liquerat, vendiderit, extinguitur fideicommis-  
sum. Codicillis, qui testamento confirmati 10.  
non sunt, adscriptum fideicommissum jure  
debetur. Filio quibuscumque verbis a patre 11.  
fideicommissum relictum, jure debetur: suf-  
ficit enim inter conjunctas personas quibus-  
cumque verbis, ut in donatione, voluntas ex-  
pressa. Et ideo etiam pridie, quam moriatur,  
recte relictum videtur. In tempus emancipa- 12.  
tionis, vel cum sui juris erit, fideicommissum  
relictum, quounque modo patria potestate  
liberato debetur. Rogati invicem sibi, si sine 13.  
liberis decesserint, hereditatem restituere, alte-  
ro decedente sine liberis, hereditas ad eum  
pervenit, qui supervixit: nec ex eo pacisci  
contra voluntatem testatoris possunt. Heres 14.  
ante aditam hereditatem, legatarius antequam  
legatum accipiat, fideicommissum praestare  
non possunt. Reim fideicommissam si heres 15.  
vendiderit, eamque sciens comparaverit, ni-  
hilominus in possessionem ejus fideicomis-  
sarius mitti jure desiderat. Quoties libertis 16.  
fideicommissum relinquitur, ad eos tantum-  
modo placuit pertinere, qui manumissi sunt,

E

vel

vel qui in eodem testamento libertatem intra  
 17. numerum legitimum consecuti sunt. Cui ab  
 herede fideicommissum non praestatur, non  
 solum in res hereditarias, sed & in proprias  
 18. heredis inducitur. Jus omne fideicommissi  
 non in vindicatione, sed in petitione consistit.

## T I T. II.

*De Senatusconsulto Trebelliano.*

1. **S**enatusconsulto Trebelliano prospectum est,  
 ne solus heres omnibus hereditariis actionibus  
 oneretur: & ideo quoties hereditas ex causa  
 fideicommissi restituitur, actiones ejus in fidei-  
 commissarium transferuntur: quia unicuique  
 damnosam esse fidem suam non oportet.

## T I T. III.

*De Senatusconsulto Pegasiano.*

1. **I**nter heredem, & fideicommissarium, cui  
 ex Pegasiano hereditas restituitur, partis, &  
 pro parte stipulatio interponitur: ut heredi  
 instituto pro quarta actiones, pro ceteris vero  
 2. portionibus fideicommissario competant. To-  
 tam hereditatem restituere rogatus, si quartam  
 retinere nolit, magis est, ut eam ex Trebel-  
 liano debeat restituere: tunc enim omnes actio-  
 3. nes in fideicommissarium dantur. Lex Fal-  
 cidia, itemque Senatusconsultum Pegasianum  
 deducto

deducto omni aere alieno. Deorumque donis, quartam residuae hereditatis ad heredem volunt pertinere. Qui totam hereditatem restituit, cum quartam retinere ex Pegasiano debuisse, a) repetere eam non potest: nec enim indebitum solvisse videtur, qui plenam fidem defuncto praestare maluit.

TIT. IV.

*De Repudianda Hereditate.*

**R**ecusari hereditas non tantum verbis, sed 1. etiam re potest, & alio quovis indicio voluntatis. Heres per magistratus municipales ex 2. auctoritate Praesidis, fideicommissario postulante, hereditatem adire, & restituere compellitur. Fideicommissarius si affirmet, he- 3. redem nolle adire hereditatem, absente eo interponi decretum, & in possessionem mitti jure desiderat. Suspectam hereditatem adire 4. compulsus, omnia ex Trebelliano restituit.

TIT. V.

*De Inofficiosi Querela.*

**I**nofficiosum dicitur testamentum, quod fru- 1. stra, liberis exheredatis, non ex officio pie- tatis videtur esse conscriptum. Post factum 2.

a ma-

a) si non retineat, repetere B. S. L. P. G.

E 2

a matre testamentum filius procreatus, a) non  
mutata ab ea, cum posset, voluntate, ad  
exemplum praeteriti, inofficiosi querelam recte  
3. instituit. Testamentum, in quo Imperator  
scriptus est heres, inofficiosum argui potest:  
eum enim, qui leges facit, pari maiestate le-  
4. gibis obtemperare convenit. b) Qui inoffi-  
ciosum dicere potest, hereditatem petere non  
5. prohibetur. c) Filius ex asse heres institutus  
inofficiosum dicere non potest: nec interest,  
exhausta, necne sit hereditas: cum apud eum  
quarta aut legis Falcidiae, aut Senatusconsulti  
6. Pegasi beneficiio sit remansura. d) Quartae  
portionis portio liberis deducto aere alieno,  
& funeris impensa praefenda est, ut ab inof-  
ficiosi querela excludantur. Libertates quo-  
7. que eam portionem minuere placet. Filius  
e) in judicio patris si minus quarta portione  
consecutus sit, f) ut quarta sibi a coheredibus  
fratribus citra inofficiosi querelam impleatur,  
8. jure desiderat. Pactio talis, ne g) de inoffi-  
cioso testamento dicatur, querelam super ju-  
dicio

a) si non m. ab eadem sit voluntas B.

b) Qui quod i. d. non potest B. non potest P. &  
in marg. S. L. G.

c) abest filius a B.

d) Quartae portionis B. — Quarta portio C. R.

e) abest in a B.

f) ut quartam s. a c. f. caetera i. querela confe-  
quatur i. d. B.

g) inofficiosum testamentum d. B.

dicio futuram non excludit: meritis enim liberos, quam pactionibus adstringi placuit. Rogatus hereditatem restituere, et si inofficiosi <sup>9</sup>. querelam instituerit, fideicommissum non sit injuria: quartam enim solummodo hereditatis amittit, quam beneficio Senatusconsulti habere potuisse. Heres institutus habens substitutum, si de inofficio dixerit, nec obtinuerit, non id ad fiscum, sed ad substitutum pertinebit.

## T I T. VI.

*De Vicefima.*

**T**abulae testamenti aperiuntur hoc modo, ut testes, vel maxima pars eorum <sup>a)</sup> adhibeatur, qui signaverint testamentum: ita ut, agnitis signis, rupto lino, aperiatur, & recitetur: atque ita describendi exempli fiat potestas: ac deinde signo publico obsignatum in <sup>b)</sup> archium redigatur: ut si quando exemplum ejus interciderit, sit unde peti possit. Testamenta in municipiis, <sup>c)</sup> coloniis, oppidis, praefectura, vico, castello, <sup>d)</sup> conciliabulo facta, in foro, vel basilica, praesentibus testibus, vel honestis viris, <sup>e)</sup> inter horam secundam

<sup>a)</sup> adhibeantur B.

<sup>b)</sup> archium B.

<sup>c)</sup> colonia B.

<sup>d)</sup> conciliabulo abest a B.

<sup>e)</sup> in B.

cundam & decimam diei recitari debebunt: exemploque sublato, ab iisdem rursus magistribus a) obsignari, quorum praesentia constat aperta. Testamentum lex statim post mortem testatoris aperiri voluit: & ideo b) quamvis sit rescriptis variatum, tamen a praesentibus intra triduum, vel quinque dies aperienda sunt tabulae. Ab absentibus quoque intra eos dies, cum supervenerint: nec enim oportet testamentum heredibus, aut legatariis, aut libertatibus, quam necessario vctigali morari fieri.

## T I T. VII.

*De Lege Corneliae.*

1. Qvi testamentum falsum scripserit, recitataverit, subjecerit, signaverit, c) suppresserit, amoverit, resignaverit, deleverit, poena legis Corneliae de falsis tenebitur, id est, in 2. insulam deportatur. Non tantum is, qui testamentum subjecit, suppressit, delevit, poena legis Corneliae coercetur; sed & is, qui sciens dolo malo id fieri jussit, faciendumve 3. curavit. Testamentum supprimit, qui sciens prudensque tabulas testamenti in fraudem hredum,

a) obsignari congruit B. — obsignato S.

b) quomodo iussit id rescriptis pater, praesentibus B.

c) suppr. amou. ref. abest a B.

redum, vel legatariorum, fideicommissario-  
rum, aut libertatum non profert. Suppri- 4.  
mere tabulas videtur, qui cum habeat, & pro-  
ferre possit, eas proferre non curat. Codi- 5.  
cilli quoque si lateant, nec proferantur, sup-  
primi videbuntur. Edicto perpetuo cavetur, 6.  
ut si tabulae testamenti non appareant, de  
earum exhibitione interdicto redditio intra an-  
num agi possit, quo ad exhibendum compel-  
litur qui supprimit. Tabularum autem appellati-  
one chartae quoque & membranæ conti-  
nentur.

## T I T. VIII.

**I**nter adgnatos, & cognatos hoc interest, 14.  
quod b) in adgnatis etiam cognati continen-  
tur: inter cognatos vero adgnati non com-  
prehenduntur. Et ideo patruus & adgnatus  
est, & cognatus, avunculus autem cognatus  
tantummodo. c) Si sint fratres defuncti, & 18.  
fratris filii, vel nepotes, fratre non existen-  
te, filius fratris nepoti praefertur. [Filius \*20.  
fra-

a) Sententiae in hoc titulo omissae non Gothis  
sed collationi debentur.

b) agnatorum vocatione eriam B.

c) Sententia sine dubio corrupta totidem tamen  
verbis & in B. exstat.

- \***21.** fratri intestati filio sororis praefertur. Legitimi heredes jure civili intra centesimum diem nisi adierint hereditatem, ad proximos eadem  
**22.** succelio transfertur.] *a) Feminae ad hereditates legitimas ultra consanguineas successiones non admittuntur: idque jure civili b) Vaconiana ratione videtur effectum. Ceterum lex XII. tabularum nulla c) discretione sexus*  
**23.** cognatos admittit. In hereditate legitima successioni locus non est. Et ideo fratre decedente, antequam adeat aut repudiet hereditatem, fratri filius admitti non potest: quia  
**24.** omnis successio proximiori defertur. Ab hostibus captus neque fui, neque legitimi heredis jus amittit postliminio reversus. Quod & circa eos, qui in insulam deportantur, vel servi *d)* poenae effecti sunt, placuit observari, si per omnia in integrum indulgentia Principali restituantur. Pro herede gerere est destinatione futuri dominii aliquid ex hereditariis rebus usurpare. Et ideo pro herede gerere videtur, qui fundorum hereditariorum  
*e)* culturas rationesque disponit, & qui servis hereditariis, jumentis, rebusve aliis utitur.

Ex

- a) Filii ad B.*
- b) Vaconia narratione B. S. C. L. G. — Vaconia rogatione P. G. in m. R.*
- c) descriptione B.*
- d) pene B. S. L. G.*
- e) cultores B.*

*Ad Senatusconsultum Tertullianum.* 73

*a) eferunt. Legi-*  
*entefimum diem*  
*proximos eadem*  
*mae ad heredi-*  
*successio-*  
*civili b) Vo-*  
*tum. Ceterum*  
*silcretione sexi-*  
*tate legitima su-*  
*ideo fratre de-*  
*spudier heredita-*  
*on potest: qui*  
*defetur. Ab ho-*  
*que legitimi here-*  
*reverfa. Quod?*  
*m deportantur,*  
*placuit obser-*  
*am indulgentia Prin-*  
*herede gerere est.*  
*aliquid ex heredita-*  
*deo pro herede ge-*  
*rum hereditiorum*  
*posit, & qui fer-*  
*ebolive alii uit-*

**Ex pluribus heredibus, iisdeinque legitimis, 26.**  
 si qui omiserint hereditatem, vel in adeundo aliqua ratione fuerint impediti, his, qui adie-  
 runt, vel eorum heredibus omnitem portio-  
 nes ad crescunt. Quod in herede instituto  
**a) eum, qui acceperat substitutum, evenire non**  
 poterit: diversa enim causa est scripti, & le-  
 gitimi.

*b) T I T. IX.**Ad Senatusconsultum Tertullianum.*

**M**atres tam ingenuae, quam libertinae, ci-  
 ves Romanae, ut jus liberorum consecutae  
 videantur, ter & quater peperisse sufficiet,  
 dummodo vivos, & **c) pleni temporis pari-**  
 ant. Quae semel uno partu **d) tres filios edi-** 2.  
 dit, jus liberorum non consequitur: non enim  
 ter peperisse, sed semel partum fuisse vide-  
 tur; nisi forte per intervalla pariat. Mulier, 3.  
 si monstrorum aliquid, aut prodigiosum eni-  
 xa sit, nihil proficit: non sunt enim liberi,  
 qui contra formam humani generis converso  
 more

**a) eum videlicet qui B.**

**b) Hic titulus post sententiam 7 distinctus est**  
 in B. & S.

**c) plenos temporis B.**

**d) fratres vel duos f. B. — tres vel duos S. L.**  
 P. G.

4. more procreantur. Partum, qui membrorum humanorum officia *a*) ampliavit, quia  
*b*) hac ratione aliquatenus videtur *c*) effectus,  
5. matri prodesse placuit. Septimo mense natus  
matri prodest: ratio enim Pythagorei numeri  
hoc videtur admittere, ut aut septimo pleno,  
aut decimo mense partus *d*) maturior videatur.  
6. Aborsus *e*) vel abactus venter partum efficere  
7. non videtur. Libertina ut jus liberorum conse-  
qui possit, quater eam peperisse *f*) sufficit.  
8. Latina ingenua jus Quiritium *g*) consecuta, si  
ter peperit, ad legitimam filii hereditatem ad-  
9. mittitur: non est enim manumissa. Jus libe-  
rorum mater habet, quae tres filios aut habet,  
aut habuit: aut neque habet, neque habuit.  
Habet, cui supersunt: habuit, quae amisit:  
neque habet, neque habuit, quae beneficio  
Principis jus liberorum consecuta est.

## TIT.

- a) duplicauit B. S. L. P. G.*
- b) hoc B.*
- c) effectum B. S.*
- d) maturus B.*
- e) & B. S. L. G.*
- f) ut ingenuam sufficit B. S.*
- g) B. consequitur.*

## \* T I T. X.

## Ad Senatusconsultum Orphitianum.\*

Fili vulgo quaesiti ad legitimam matris hereditatem adspirare non prohibentur: quia pari jure, ut ipsorum matribus, ita ipsis matrum hereditates deferri debuerunt. Ad filiam ancillam, vel libertam ex Senatusconsulto Claudio effectam legitima matris intestatae hereditas pertinere non potest: quia neque servi, neque liberti matrem civilem habere intelliguntur. Ad legitimam intestatae matris hereditatem filii cives Romani, non etiam Latini, admittuntur. Cives autem Romanos eo tempore esse oportet, quo ab iisdem legitima hereditas aditur. Filius maternam hereditatem, eandemque legitimam, nisi adeundo quaerere non potest.

## T I T. XI.

## De Gradibus.

Primo gradu superiori linea continentur pater, mater: inferiori filius, filia: quibus nullae aliae personae junguntur. Secundo gradu continentur superiori linea avus, avia: inferiori nepos, neptis: transversa frater, soror: quae personae duplicantur: avus enim & avia tam ex patre, quam ex matre: a) nepos,

nep-

a) Verba nepos... ex matre absunt a B.

neptis tam ex filio, quam ex filia: frater, soror  
tam ex patre, quam ex matre accipiuntur. Quae  
personae sequentibus a) quibuscumque gradibus  
similiter pro substantia earum, quae in quo-  
quo gradu consistunt, ipso ordine duplican-  
3. tur. Tertio gradu veniunt, supra proavus,  
proavia: infra pronepos, proneptis: ex ob-  
liquo fratris sororisque filius, filia; patruus,  
amita, id est, patris frater & soror: avuncu-  
lus, matertera, id est, matris frater & soror.  
4. Quarto gradu veniunt, supra abavus, abavia:  
infra abnepos, abneptis: ex obliquo fratri  
& sororis nepos, neptis, b) frater patruelis,  
soror patruelis, id est, patrui filius, filia:  
consobrinus, consobrina, id est, avunculi &  
materterae filius, filia; amitus, amitina,  
id est, amitae filius, filia: itemque conso-  
brini, qui ex duabus sororibus nascuntur.  
Quibus adcrescit patruus magnus, amita mag-  
na, id est, avi paterni frater & soror: avun-  
culus magnus, matertera magna, id est,  
aviae, tam paternae, quam maternae, frater  
5. & soror. Quinto gradu veniunt, supra qui-  
dem atavus, atavia: infra atnepos, atneptis:  
ex obliquo fratris & sororis pronepos, pro-  
neptis, fratris patruelis, sororis patruelis,  
amiti, amitiae, consobrini, consobrinae  
filius,

a) quoque gr. B. & S. in m.

b) abest frater a B. S.

**filius, filia, a)** proprius sobrinus, sobrina, id est, patrui magni, amitae magnae, **b)** avunculi magni, materterae magnae filius, filia. His adcrescunt propatruus, proamita: hi sunt proavi paterni frater et soror: proavunculus, promatertera: hi sunt proaviae paternae maternaeque frater & soror, proavique materni. Sexto gradu veniunt, su-  
**pra tritavus, tritavia:** infra trinepos, trinep-  
 tis: ex obliquo fratris & sororis abnepos, ab-  
 neptis, fratris patruelis, sororis patruelis, amiti-  
 tini, amitinae, consobrini, consobrinae **c)** ne-  
 pos, neptis: patrui magni, amitae magnae,  
 avunculi magni, materterae magnae nepos,  
 neptis, id est, propioris sobrini filius, filia,  
 qui consobrini appellantur. Quibus **d)** a latere  
 adcrescunt propatruus, proamitae, proavunculi,  
 promaterterae filius, filia: abpatruus,  
 abamita; hi sunt abavi paterni **e)** frater & so-  
 ror: abavunculus, abinatertera; hi sunt aba-  
 viae paternae maternaeque frater & soror,  
 abavique materni. Septimo gradu qui sunt  
 cognati, recta linea supra infraque propriis  
 nominibus non appellantur: sed ex transversa  
 linea continentur fratris sororisve atnepos,  
 atnep-

**a) proprius consobrinus B. — proprius sobrinus**  
 S. L. P.

**b) Verba: auunculi m. m. magnaes absunt a B.**

**c) nepos neptisue abest a B. S.**

**d) ex l. B. C. R.**

**e) maternaeque B.**

8. atneptis, consobrini filii filiaeque. Successio-  
nis idcirco gradus septem constituti sunt, quia  
ulterius per rerum naturam nec nomina inve-  
niri, nec vita succendentibus prorogari potest.

## T I T. XII.

*De Manumissionibus.*

1. **S**ervum communem unus ex dominis manu-  
mittendo Latinum facere non potest, nec ma-  
gis, quam civem Romanum: cuius portio  
eo casu, quo, si proprius esset, ad civitatem  
2. Romanam perveniret, socio adcrescit. Mu-  
tus & surdus servum vindicta liberare non  
possunt. inter amicos tamen, & per episto-  
lam manumittere non prohibentur. Ut au-  
tem ad justam libertatem pervenire possit,  
3. condicione venditionis excipi potest. Tor-  
mentis apud Praesidem subiectus, & de nulla  
culpa confessus ad justam libertatem perduci  
4. potest. a) Fideicomissa libertas data facto  
heredis non mutatur, si servum, quem ma-  
5. numittere jussus est, vinxerit. Communem  
servum unus ex sociis b) vinciendo futurae li-  
bertati non nocebit: inter pares enim senten-  
6. tias clementior severiori praefertur. Et certe  
humanae rationis est favere c) miseroribus, d)  
& pro-

a) fideicomissio B.

b) si debuerit vinciendum B.

c) miseris B. S. R.

d) operibus probet i. d. B.

& prope innocentibus dicere, quos absolute non  
centes pronunciare non a) possumus. Debi- 6.  
tor creditorve servum pignoris vinciendo, de-  
dititium facere non possunt: alter enim sine  
altero causam pignoris deteriorem facere  
non potest. Servus furiosi domini, vel 7.  
pupilli jussu vincitus dedititiorum nume-  
ro non efficitur: quia neque furiosus,  
neque pupillus exacti consilii capax est.  
Non tantum si ipse dominus vinciat, nocet 8.  
libertati, sed & si vinciri jubeat, aut vincien-  
tis procuratoris actorisve factum comprobet,  
Quod si ante quam sciret vincitum, solutionis  
ejus causas adprobaverit, libertati futurae vin-  
cula non nocebunt. Caeco curator dari non 9.  
potest: quia ipse sibi procuratorem instituere  
potest.

T I T. XIII.

*De Fideicommissis Libertatibus.*

Ea condicione heres institutus, Si LIBEROS i.  
SVOS EMANCIPAVERIT b) omnimodis eos co-  
gendus est emancipare: pro condicione enim  
hoc loco emancipatio videtur adscripta. De- 2.  
cedente eo, c) a quo fideicomissa libertas  
relicta est, heredes ejus eam praestare cogendi  
sunt. Si decedens servis suis libertatem ita 3.  
dederit, ILLVM ET ILLVM LIBEROS ESSE VO-

LO,

a) possunt B. S.

b) commode B. —

c) cui B.

LO, EOSQVE FILIIS MEIS TVTORES DO, impeditur a) fideicomissa libertas: quia pupilli sine tutoris auctoritate manumittere non possunt: & habentibus tutores tutor dari non potest. Sed interim vice absentium pupilli habebuntur, ut ex decreto Amplissimi ordinis b) primum libertas, ac deinde tutela competere possit.

## TIT. XIV.

*Ad Legem Fusiam Caniniam.*

I. Nominatim servi testamento manumitti secundum legem Fusiam possunt. Nominatim autem manumittere intelligitur hoc modo: c) STICHVS LIBER ESTO. Cum autem OBSONATOREM, vel QVI EX ANCILLA.ILLA NASCITVR, LIBERV M ESSE VOLO, ex Orfiano Senatusconsulto perinde libertas competit, ac si nominatum data sit: officiorum enim & artium d) appellatio nihil de significatione nominum mutat: nisi forte plures sint, qui eo officio designentur: tunc enim nomen adjungendum est, ut eluceat, de quo 2. testator sensisse videatur. Codicillis testamento

con-

a) fidei data B.

b) patris l. B.

c) TITIVS, SERUUS MEUS l. B.

d) appellatione &amp; significatione nominis declarat, nisi B.

confirmatis datae libertates cum his, quae tabulis testamenti datae sunt, concurrunt: & sive antecedant, sive sequantur testamentum, novissimo loco adhibentur: quia ex testamento utraeque confirmantur. Quoties numerus servorum propter legem Fusiam Caniniam ineundus est, fugitivi quoque, quorum semper possessio animo retinetur, computandi sunt. Lege Fusia Caninia cavetur, ut certus servorum numerus testamento manumittatur. Subductis igitur a) a duobus usque ad decem, pars dimidia: a decein usque ad triginta pars tertia: a triginta usque ad centum pars quarta: a centum usque ad quingentos pars quinta. Plures autem quam centum ex majori numero servorum manumitti non licet.

a) igitur duobus B.

## LIBER QVINTVS.

## TITVLVS I.

*De Liberali Causa.*

1. Qui contemplatione extremae necessitatis, aut alimentorum gratia filios suos vendiderint, statui ingenuitatis eorum non praecjudicant: homo enim liber nullo a) pretio aestimatur. b) Iudeum nec pignori ab his, aut fiduciae dari possunt. Ex quo facto sciens creditor deportatur. Operae tamen eorum locari possunt.
2. Veritati & origini ingenuitatis manumissio, quocunque modo facta fuerit, non praecjudicat.
3. cat. Descriptio ingenuorum ex officio fisci inter fiscalem familiam facta ingenuitati non
4. praecjudicat. Qui c) metu, & impressione alicujus terroris apud acta Praesidis servum se esse mentitus est, postea statum suum defens.
5. denti non praecjudicat. Post suscepsum liberale judicium, si assertor causam deseruerit, in alium assertorem omne judicium transferri placuit. In priorem vero quod prodenda libertatis gratia factum est, extra ordinem vindicatur: non enim oportet suscep tam status causam, nulla cogente necessitate, deslitiu.

TIT.

a) dari pr. B.

b) id est nec B. S.

c) metuens impressionem B.

## T I T. II.

*De Vscapione.*

Possessionem adquirimus & animo, & corpore: animo utique nostro: corpore vel nostro, vel alieno. Sed nudo animo adipisci quidem possessionem non possumus; retinere tamen nudo animo possumus, sicut in saltibus hybernis aestivisque contingit. Per liberas personas, quae in potestate nostra non sunt, adquiri nobis nihil potest. Sed per procuratorem adquiri nobis possessionem posse, utilitatis causa receptum est. Absente autem domino comparata non aliter ei, quam si rata sit, quaeritur. Longi autem temporis praescriptio inter praesentes continuo decennii spatio, inter absentes vicennii comprehenditur. Viginti annorum praescriptio etiam adversus rempublicam prodest ei, qui justum initium possessionis habuit, nec medio tempore interpellatus est. Actio tamen quanti ejus interest adversus eos reipublicae datur, a) quia ea negotia defendere neglexerunt. Si post modum intra tempora quaestionem res ad novum dominum emptione transferit, nec is per viginti annos fuerit inquietatus, avelli ei possessionem non oportet.

TIT.

a) qui ea B.

F 2

## T I T. III.

*De his, a) quae per turbam sunt.*

1. In eos, qui per turbam seditionemve damnum alicui dederint, dandumve curaverint, si quidem res pecuniaria est, aestimatione dupli farcitur. Quod si ex hoc corpori alicuius, vitae, membrisve noceatur, extra ordinem vindicatur. Quidquid ex incendio, ruina, naufragio, navique expugnata raptum, suscepsum, b) suppressum fuerit, eo c) anno in quadruplum ejus rei, quam quis suppresserit, celaverit, rapuerit, convenitur:
2. postea vero in simplum. Hi, qui aedes alienas, villasve expilaverint, effregerint, expugnaverint, si quidem id turba cum telis coacta fecerint, capite puniuntur. Telorum autem appellatione omnia, ex quibus saluti
4. hominis noceri possit, accipiuntur. Receptores aggressorum, itemque latronum eadem poena afficiuntur, qua ipsi latrones: sublati enim susceptoribus, grassantium cupidus con-
5. quiescit. Fures, vel raptore balnearium d) plerumque in metallum, aut in opus publicum daminantur. e) Nonnunquam pro frequentia admissorum judicantis sententia temperatur

a) qui turbam faciunt B.

b) suppressum venerit B.

c) animo B.

d) plerumque abest a B.

e) Nam n. B. S. R.

tur. Incendiarii, qui consulto incendium inferunt, summo suppicio afficiuntur. Quod si incuria eorum ignis evaserit, dupli compendio damnum ejusmodi sarciri placuit.

## T I T. IV.

*De Injuriis.*

**I**njuriam patimur aut in corpus, aut extra corpus. In corpus, verberibus, & illatione stupri. Extra corpus, conviciis, & famosis libellis: quod ex affectu uniuscujusque patientis, & facientis aestimatur. Furiosus, itemque infans affectu doli, & captu contumeliacarent: ideocirco injuriarum agi cum his non potest. Si liberis, qui in potestate sunt, aut uxori fiat injuria, nostra interest vindicare: ideoque per nos actio inferri potest, si modo is, qui fecit, in injuriam nostram id fecisse doceatur. Corpori injuria infertur, cum quis pulsatur, a) cuique stuprum infertur, aut de stupro interpellatur. Quae res extra ordinem vindicatur, ita ut pulsatio pudoris poena capitatis vindicetur. Sollicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, et si effectu sceleris potiri non possunt, propter voluntatem perniciose libidinis extra ordinem puniuntur. Injuriarum actio aut lege, aut more, aut mixto jure introducta est.

Lege

a) cuius C. R.

F 3

Lege duodecim tabularum de famosis *a)* carminibus, membris ruptis, & ossibus fractis.  
 7. Moribus, quoties factum pro *b)* qualitate sui arbitrio judicis *c)* aestimatū congruentis poe-  
 8. nae suppicio vindicatur. Mixto jure injuria-  
 rum actio ex lege Cornelia constituitur, quo-  
 ties quis pulsatur, vel cuius domus introitum  
 ab his, qui vulgo dēcētarii appellantur: in  
 quos extra ordinem animadvertisit, ita ut  
 prius ingruentis consilium pro modo com-  
 mentae fraudis poena vindicetur exsilii, aut  
 9. metalli, aut operis publici. Injuriarum civi-  
 liter damnatus, ejusque aestimationem inferre  
 10. iussus famosus efficitur. Atrox injuria aestima-  
 tur aut loco, aut tempore, aut persona. Loco,  
 quoties in publico irrogatur: tempore, quoties  
 interdiu: persona, quoties Senatori vel equiti  
 Romano, decurioni, vel alias spectatæ aucto-  
 ritatis viro: & si plebejus, vel humili loco  
 natus Senatori vel equiti Romano, decurioni  
 vel magistratui, vel aedili, vel judici, *d)* qui-  
 libet horum, vel si his omnibus plebejus.  
 11. Qui per calumniam injuriae actionem insi-  
 tituit, extra ordinem punitur: omnes enim  
 calumniatores exsilii, vel insulae relegatione,  
 12. aut ordinis amissione puniri placuit. Injuria-

*a) criminibus B.*

*b) lenitate B.*

*c) aestimatur B. S. L. G.*

*d) cuilibet h. vel si iis o. plebeii inferunt B.*

de famosi a) car-  
 & offibus fractis  
 pro b) qualitate sui  
 cum cognitum poe-  
 Muto ure injuria  
 constituitur, quo  
 us domus introit  
 ari appellantur:  
 nadvenerit, ita  
 n pro modo oce-  
 dicetur exsili, a  
 Injuriarum civ-  
 ilizationem infer-  
 atioris injuria scelma  
 re, ut persona. Loc-  
 gatur: tempore, quo  
 Senatus vel ep-  
 vel alias speciebus and-  
 epius, vel humili lo-  
 Romano, decurio-  
 nibus, vel judicii, d) qu-  
 omnia plebe-  
 pariae actionem in-  
 sumitur: omnes et  
 el insulæ relegati  
 placent. Ipsi

rum non, nisi praesentes, accusare possunt: crimen enim, quod a) vindictæ aut calumniae judicium exspectat, per alios intendi non potest. Fit injuria contra bonos mores, veluti 13.  
 si quis simo corrupto aliquem perfuderit, coeno, luto obliniverit, aquas spurcaverit, b) fistulas, lacus, quidve aliud c) in injuriam publicam contaminaverit: in quos graviter animadvertisi solet. Qui puero praetextato stuprum 14.  
 aliudve flagitium, abducto ab eo vel corrupto comite, persuaserit, mulierem puellamve interpellaverit, quidve corrumpendae pudicitiae gratia fecerit, domum praebuerit, pretiumve, quo id persuadeat, dederit, perfecto flagitio capite punitur; imperfecto, in insulam deportatur: corrupti comites summo supplicio adficiuntur. Qui carmen famosum in injuri- \* 15\*  
 am alicujus, vel alia quaelibet cantica, quo adgnosci possit, composuerit, ex auctoritate Amplissimi ordinis in insulam deportatur: interest enim publicae disciplinae, opinionem uniuscujusque a turpi carminis infamia vindicare. Carmen facit non tantum, qui satyras & epigrammata, sed illegitimam infectandi alicujus causam, quidve aliud alio genere componit. De ratione, & de personarum dignitate

a) vindicare per c. B.

b) fistulam B. S. L. G.

c) iniuria publica B.

- nitate nihil cavetur: quoniam omnimodo de-  
formanda est ejus persona, contra quem ve-  
nimus. Sed in hoc modus quidam & ratio  
adhibenda est, aestimatio enim etiam hoc mo-  
**16.** do laeditur. Psalterium, quod vulgo dicitur  
canticum, in alterius infamiam compositum,  
& publice cantatum, tam in eos, qui hoc  
cantaverint, quam in eos, qui compoluerint,  
extra ordinem vindicatur: eo acrius, si perso-  
nae dignitas ab hac injuria defendenda sit.  
**17.** In eos auctores, qui famosos libellos in con-  
tumeliam alterius proposuerint, extra ordi-  
nem usque ad relegationem insulae vindica-  
**18.** tur. Convicium judici ab appellatoribus fieri  
**\*19\*** non oportet: alioquin infamia notantur Ma-  
ledictum, itemque convicium publice factum  
ad injuriae vindictam revocatur: quo facto  
**20.** condemnatus infamis efficitur. Non tantum  
is, qui maledictum aut convicium inges-  
serit, injuriarum convictus famosus effici-  
tur: sed & is, cuius ope consiliove factum  
**\*21\*** esse dicitur. Convicium contra bonos mores  
fieri videtur, si obsceno nomine, aut infe-  
riore parte corporis nudatus aliquis insectatus  
sit: quod factum contemplatione morum, &  
causa publicae honestatis vindictam extraordi-  
**22.** nariae ultionis exspectat. Servus, qui injuri-  
am aut contumeliam fecerit, si quidem atro-  
cem, in metallum damnatur: si vero levem,  
flagel.

flagellis caefus sub poena vinculorum temporaliuum domino restituitur.

## T I T. V. A

*De Effectu sententiarum, a) & Finibus litium.*

**R**es judicatae videntur ab his, qui imperium 1. potestatemque habent, vel qui ex auctoritate eorum inter partes dantur: itemque b) a magistratibus municipalibus usque ad summam, qua jus dicere possunt: itemque ab his, qui ab Imperatore extra ordinem petuntur. Ex compromisso autem judex sumptus rem judicatam non facit: sed si poena inter eos promissa sit, poena rei in judicium c) deducta ex stipulatu peti potest. Confessi debitores pro 2. judicatis habentur: ideoque ex die confessio- nis tempora d) solutioni praestituta computan- tur. Confiteri quis in judicio non tantum sua 3. voce, sed & litteris, & quocunque modo po- test: convinci autem non, nisi scriptura aut testibus potest. Eorum, qui debita confessi 4. sunt, pignora capi, & distrahi possunt. Con- \* 5. fessionem suam reus in e) dubium revocare

non

a) e. f. l. abeft a B.

b) magistratus municipales B. S.

c) deduc<sup>tae</sup> B.

d) solutionis praestita B.

e) duplum C. R.

F 5

6. non potest. Ea, quae altera parte absente de-  
cernuntur, vim rerum judicatarum non obti-  
nent. Trinis litteris vel edictis, aut uno  
pro omnibus dato, aut tria denuntiatione  
conventus, nisi ad judicem, a) a quo sibi de-  
nuntiatum est, aut cuius litteris vel b) edictis  
conventus est, venerit, quasi in contumacem  
dicta sententia auctoritatem rerum judicatarum  
obtinet. quin imo nec appellari potest ab ea.  
c) Quoties in contumacem fuerit judicatum ab  
ea sententia, quae adversus contumaces data  
est, neque appellari, neque in d) dubium re-  
3. vocari potest. Res olim judicata post lon-  
gum silentium in judicium deduci non potest,  
nec eo nomine in duplum revocari. Lon-  
gum autem tempus, exemplo longae prae-  
scriptionis, decennii inter praesentes, & inter  
9. absentes vicennii e) computatur. In causa ca-  
pitali f) absens nemo damnatur: neque ab-  
sens

a) ad quem B. S. P. in marg.

b) edicto B. S. L. P. G.

c) Interpretationem haec esse putauit Cuiacius,  
quem fecutus est Schultingius. At in B.  
subiecta sunt verba: Interpretatione non eget  
& in S. inscripta est haec sententia: Alia.

d) duplum B. & editiones omnes praeter Fabrot-  
tianam & Schultingianam. Ita & codex Go-  
thanus.

e) abest computatur a B. S.

f) iniustus nemo, mox neque iniustus neque per  
alium B.

sens per alium accusare, a) aut accusari potest.  
Falsis instrumentis b) religione judicis circumducta, si jam dicta sententia prius de criminе admisso constiterit, ejus causae instauratio jure depositur. Ratio calculi saepius se patitur suppeditari, atque ideo potest quocunque tempore retractari, si non longo tempore evanescat. \*<sup>11.</sup>

\* T I T. V. B

*De rebus auctoritate judicis possidendis.*

Pupillo, si non defendantur, in possessione \*<sup>1.</sup> bonorum creditoribus constitutis, ex his usque ad pubertatem alimenta praestanda sunt. Ejus, qui ab hostibus captus est, bona venire \*<sup>2.</sup> non possunt, quamdiu revertatur.

T I T. VI.

*De Interdictis.*

Retinendae possessionis gratia comparata sunt i. interdicta, per quae eam possessionem, quam jam habemus, retinere volumus: quale est Vti possidetis de rebus c) soli, & Vtrubi de re mobili. Et in priore quidem is potior est, qui

a) aut accusari abest a B. & C.

b) religio B. S. L. P. G.

c) immobilibus B.

qui redditi interdicti tempore nec vi, nec clam, nec precario ab adversario possidet. In altero vero potior est, qui majore parte anni retrorsum numerati nec vi, nec clam, nec 2. precario a) possedit. Ut interdictum, ita & actio proponitur, ne quis via publica aliquem prohibeat, cuius rei solicitudo ad viarum b) curatores pertinet, a quarum munitione nemo exceptus est. Si quis tamen in ea aliquid operis fecerit, quo commeantes impedianter, demolito opere condemnatur. 3. c) Non tantum si ipse dominus possessione dejiciatur, utile interdictum est: sed etiam si familia ejus. Familiae autem nomine etiam 4. duo servi continentur. Vi d) dejicitur non tantum qui e) oppressu multitudinis, aut futilium, aut telorum, aut armorum metu terretur; sed & is, qui violentiae opinione comperta possessione cessit; si tamen adversarius 5. eam ingressus sit. De navi vi dejectus hoc interdicto experiri non potest: sed utilis ei actio de rebus recuperandis, exemplo de vi bono.

a) possidet B. S.

b) cultores B. & S.

c) B. hic titulum distinguit verbis: de interdicto unde vi.

d) territus dicitur B.

e) oppressione B. — S. oppressus multitudine.

bonorum raptorum, datur. Idemque de eo dicendum est, qui carruca, aut equo dejicitur; quibus non abductis, injuriarum actio datur. Vi dejectus videtur & qui in praedicto vi retinetur, & qui in via territus est, ne ad fundum suum accederet. Qui vi, aut clam, aut precario possidet, ab adversario impune dejicitur. Ex rebus vi possedit si aliquae res arserint, vel servi deceaserint, licet id sine dolo ejus, qui dejectit, factum sit, aestimatione tamen condemnandus est, qui ita voluit adipisci rem juris alieni. Si inter vicinos ex communii rivo aqua ducentur, induci prius debet ex his vicibus, quibus a singulis duci consuevit: ducenti autem vis fieri prohibetur. Alienam autem aquam usurpanti nummaria poena irrogatur: cuius rei cura ad sollicitudinem Praefidis spectat. Redditur interdicti actio, quae proponitur ex eo, ut quis, quod precario habet, restituat. Nam & civilis actio hujus rei, sicut commodati, competit: eo vel maxime, quod ex beneficio suo unusquisque injuriam pati non debet. Precario possidere videtur non tantum qui per epistolam, vel quacunque alia ratione hoc sibi concedi postulavit, sed & is, qui

a) *res abest* a B. C.

b) & B. P. L. in m. G. in m.

c) *precarium* B. S.

qui nullo voluntatis indicio, paciente tamen  
**12.** domino, possidet. Heres ejus, qui precari-  
 am possessionem tenebat, si in ea manserit,  
 magis dicendum est, clam videri possidere:  
 a) nullae enim preces ejus videntur adhibitae.  
 Et ideo persecutio ejus rei semper manebit,  
**13.** nec interdicto locus est. Arbor, quae in alienas  
 aedes, vel in vicini agrum iiminet, nisi  
 a domino, sublucari non potest: isque conve-  
 niendus est, ut eam sublucet. Quod si con-  
 ventus dominus id facere noluerit, a vicino  
 luxuries ramorum compescatur. b) Id qua-  
 liscunque dominus facere non prohibetur.  
**14.** Adversus eum, qui hominem liberum vinxe-  
 rit, suppresserit, incluserit, operamve, ut id  
 fieret, dederit, tam interdicendum, quam le-  
 gis Fabiae super ea re actio redditur. Et inter-  
 dicto quidem id agitur, ut exhibeat is,  
 qui detinetur: lege autem Fabia, c) ut etiam  
**15.** poena nummaria coērceatur. Bene concor-  
 dans matrimonium separari a patre d) Divus  
 Pius prohibuit: itemque a patrono libertum,  
 a parentibus filium filiamque: nisi forte quae-  
**16.** ratur, ubi utilius morari debeat. Omnibus  
 bonis, quae habet, quaeque habiturus est, ob-  
 ligat

a) reliqua verba absunt a B.

b) idque B.

c) aut e. p. n. coērcetur B. Interpres ita legisse  
 videtur.

d) ius nostrum prohibuit B.

ligatis, nec concubina, nec filius naturalis, nec alumnus, nec ea, quae in usu quotidiano habet, obligantur: ideoque de his nec interdictum redditur.

## T I T. VII.

*De Obligationibus.*

**O**bligationum firmandarum gratia stipulationes inductae sunt, quae quadam verborum solennitate concipiuntur: & appellatae, quod per eas firmitas obligationum constringitur: stipulum enim veteres firmum appellaverunt. Verborum obligatio inter praesentes, a) non 2. etiam inter absentes contrahitur. Quod si scriptum fuerit instrumento, promisso aliquem, perinde habetur, atque si interrogatio praecedente responsum sit. **F**ructua- 3. **r**ius servus, si quid ex re fructuarii, aut ex operis suis adquirit, ad fructuarium pertinet: quidquid autem aliunde, vel ex re b) proprietarii adquirit, domino proprietatis adquirit. Cum facto promissoris res in stipulatum de- 4. ducta c) intercidit, perinde agi ex d) stipulato potest, ac si ea res existaret. Ideo e) promis-

for

- a) n. e. i. a. abest a B.
- b) proprietaria B. S. L. P. G.
- c) interierit B.
- d) stipulatu B. L. P. G.
- e) promissoris astimatione habita vis p. B.

for aestimatione ejus punitur: maxime si in  
dolum quoque ejus a) concepta fuerit stipu-  
latio.

## T I T. VIII.

*De b) Novationibus.*

I. **N**on solum per nosmetipos novamus, quod  
nobis c) debetur, sed per eos etiam, per quos  
stipulari possumus: veluti per filiumfamilias  
vel servum, jubendo, vel ratum habendo.  
Procurator quoque noster ex iussu nostro  
d) receptum est ut novare possit.

## T I T. IX.

*De Stipulationibus.*

I. **S**ubstitutus heres ab instituto, qui sub con-  
ditione scriptus est, utiliter sibi institutum  
hac stipulatione cavere compellit, ne petita  
bonorum possessione res hereditarias e) demin-  
nuat. Hoc enim casu ex die interpositae sti-  
pulationis duplos fructus praestare compelli-  
tur. Hujus enim praejudicium a superiore  
differt, quo quaeritur, an ea res, de qua  
agitur, major sit centum festertiis: ideoque  
in

a) grata B.

b) B. *Donationibus.*

c) detur B. S.

d) *praeceptrum* B. S. L. G.

e) diminuat B. S. L. P. G.

in longiorem diem a) concipitur. Ex die accepti judicii dupli fructus computantur: & tam dantes, quam accipientes, heredes quoque eorum, procuratores, cognitorumque personae, itemque sponsores eadem stipulatione comprehenduntur; eorum quoque, quorum nomine promittitur. Quoties judicatum solvi 3. stipulatione satisdatur, omissa ejus actio rei judicatae persecutionem non excludit. Eman- 4. cipati liberi praeteriti, si velint se miscere paternae hereditati, & cum his, qui in potestate remanserint, communis patris dividere hereditatem, antequam bonorum possessionem petant, de conferendo cavere cum satisdatione debebunt. Quod si satisdare non possunt, statim ex fide bonorum confusionem, excepto peculio castrensi, facere cogendi sunt.

## T I T. X.

*De Contrahenda Auctoritate.*

**O**b metum impendentis damni b) vicinus 1. vicino satisdare debet, additis sponsoribus, super eo, quod damni acciderit. De com- 2. muni pariete utilitatis causa hoc coepit obser- vari, ut aedificet quidem cui aedificare inter- est:

a) concipit B. — concepit S.

b) vicino satisdari d. datis s. f. e. si quod B.

G

est: cogatur vero socius portionis suae im-  
pensas agnoscere.

## T I T. XI.

*De Donationibus.*

1. a) Species extra dotem a matre in honorem nuptiarum praesente filia genero traditae do-  
2. nationem perfecisse videntur. Probatio tra-  
ditae, vel non traditae possessionis non tam  
in jure, quam in facto consistit: ideoque suf-  
ficit ad probationem, si rem corporaliter b)  
3. teneant. Pater si filiofamilias aliquid dona-  
verit, & in ea voluntate perseverans decesse-  
4. rit, morte patris donatio convalescit. Cum  
unius rei in duos donatio confertur, potior  
est ille, cui res tradita est. Nec interest, po-  
sterior quis, an prior acceperit, c) & exce-  
5. ptae necne personae sint. Invitus donator de  
evictione rei donatae promittere non cogitur:  
nec eo nomine, si promiserit, oneratur: quia  
lucrativae rei possessor ab evictionis actione  
6. ipsa juris ratione depellitur. Ei, qui aliquem  
a latrunculis vel hostibus eripuit, in infinitum  
donare non d) prohibemur: si tamen donatio,

& non

a) Si sp. --- traditae fuerint, donationem p. vi-  
detur B.

b) teneat B.

c) neque illae exceptae personae sunt B.

d) prohibetur B. & S.

& non merces eximii laboris appellanda est:  
quia contemplationem salutis certo modo  
aestimari non placuit.

## T I T. XII.

*De Jure Fisci & Populi.*

**E**ius bona, qui sibi ob aliquod admissum 1.  
flagitium mortem conscivit, fisco vindican-  
tur. Quod si id a) taedio vitae, aut pudore  
aeris alieni, vel valetudinis alicujus impatiens-  
tia hoc admisit, non inquietabuntur: sed or-  
dinariae successioni relinquuntur. Ei etiam 2.  
velut indigno aufertur hereditas, qui ad finem  
vel cognatum, cui ipse ab intestato successu-  
rus erat, testamentum facere prohibuit, aut  
ne jure subsisteret operam dedit. Si pater vel 3.  
dominus id testamentum, quo filius ejus vel  
servus heredes instituti sunt, aut legatum ac-  
ceperunt, falsum redarguant, nec obtineant,  
fisco locus est. Aetati ejus, qui accusat testa- 4.  
mentum, si non obtineat, succurri solet in  
id, quod ita amisit: maxime si tutoris aut cu-  
ratoris consilio actio instituta sit. b) In ea 5.  
provincia, ex qua quis originem ducit, offi-  
cium fiscale administrare prohibetur, ne au-  
gratiosus, aut calumniosus apud suos esse vi-  
deatur.

a) odio B. S.

b) B. hic titulum habet: *de fisci aduocato.*

6. deatur. Quoties sine auctoritate judicati officiales alicujus bona occupant, vel describunt, vel sub observatione esse faciunt, a) adito Procuratore injuria submovetur: & rei hujus auctores ad Praefectos Praetorio puniendi mit-
7. tuntur. Litem in perniciem privatorum fisco donari non oportet, nec ab eodem b) dona-
8. tum fuscipi. Imperatorem litis causa heredem institui invidiosum est: nec enim calumniandi facultatem ex Principali majestate capi
9. oportet. Ex nuda pollicitatione nulla actio nascitur: ideoque ejus bona, qui se heredem Imperatorem facturum esse jactaverat, a fisco
10. occupari non possunt. Privilegium fisci est, inter omnes credidores primum locum tenere.
11. Quicunque a fisco convenitur, non ex c) indice, vel exemplo alicujus scripturae, sed ex authentico conveniendus est: & si contractus fides possit ostendi. Ceterum ealumniosam scripturam vim justae petitionis in judicio ob-
12. tinere non convenit. Ejus bona, qui falsam monetam percussisse dicitur, fisco vindicantur. Quod si servi ignorantie domino id fecisse dicantur, ipsi quidem summo supplicio afficiuntur; domino tamen nihil aufertur, quia pejorem domini causam servi facere, nisi forte scierit, omnino non possunt.

TIT.

a) addito B. S.

b) donata B. S. L. P. G.

c) incerto B.

## TIT. XIII.

*De Delatoribus.*

**O**mnes omnino deferre alterum, & causam 1. pecuniariam fisco nuntiare prohibentur. Nec refert, mares istud, an feminae faciant; servi, an ingenui, an libertini; an suos, an extraneos deferant: omni enim modo puniuntur. Servi fiscales, qui causam 2. domino prodere, ac nuntiare contendunt, deferre non videntur. Subornati sane eum prodere coguntur, a) qui quod per se non potest, per alium deferat. Perinde autem subornatores ac delatores puniuntur. Dam- 3. nati servi, sive post sententiam, sive ante sen- tentiam dominorum facinora confessi sint, nullo modo audiuntur, nisi forte reos dese- rant majestatis.

## TIT. XIV.

*De Quæstionibus habendis.*

**I**n criminibus eruendis quaestio quidem adhi- 1. betur; sed non statim a tormentis incipien- dum est: ideoque prius argumentis quaeren- dum est: & si suspicione aliqua reus b) ur- gueatur, adhibitis tormentis de sociis & sce- leribus suis confiteri compellitur. Vnius faci- 2. noris

a) ne quod B. S.

b) arguantur B. S.

noris plurimi rei ita audiendi sunt, ut ab eo primum incipiatur, qui timidior, & tenerae aetatis esse videatur.

## T I T. XV.

*De Testibus.*

1. **S**uspectos gratiae testes, & eos vel maxime, quos accusator de domo produxerit, vel vitae humilitas infamaverit, interrogari non placuit: in a) testibus enim & vitae qualitas
2. b) spectari debet, & dignitas. In ad finem vel cognatum inviti testes interrogari non possunt.
3. Adversus se invicem parentes & liberi, itemque liberti nec volentes ad testimonium admittendi sunt: quia rei verae testimonium necessitudo
4. personarum plerumque corrumpt. c) Testes, cum de fide tabularum nihil dicitur, adversus scripturam interrogari non possunt.
5. Hi, qui d) falso, vel varie testimonia dixerunt, vel utriusque parti prodiderunt, aut in exsiliu m aguntur, aut in insulam relegantur, aut curia
6. submoventur. In re pecuniaria tormenta, nisi cum de rebus hereditariis quaeritur, non adhuc bentur.

a) teste B. S. L. P. G.

b) expectari ead.

c) Testes enim fide tabularum nihil exhibiti iuuare dicuntur, & adu. s. hanc i. u. p. B.

d) false B. S. — falsa vel varia P.

bentur. a) Aliae autem jurejurando, aut testibus explicantur.

## TIT. XVI.

*De Servorum Quæstionibus.*

**S**ervum de facto b) suo in se interrogari 1. posse, ratio aequitatis ostendit: nec enim obesse ei debet, qui per servum aliquid sine cautione commodat, aut deponit. Judex tu- 2. telaris, itemque Centumviri, si aliter de rebus hereditariis, vel de fide generis instrui non possunt, poterunt de servis hereditariis habere quæstionem. Servi alieni in alterius caput 3. non nisi singuli torqueri possunt. Et hoc in-vito domino non est permittendum, nisi delator, cuius interest, quod intendit, probare, pretia eorum, quanti dominus taxaverit, in- ferre sit paratus, vel certe deterioris facti servi subire taxationem. Servo, qui ultro aliquid 4. de domino confitetur, fides non accommo- datur: nec enim oportet in rebus dubiis salu- tem dominorum servorum arbitrio committi. Servi in caput domini neque a Praeside, ne- 5. que a Procuratore, neque in pecuniariis, ne- que in capitalibus causis interrogari possunt. Communis servus in caput alterius ex domi- 6. nis

- a) Alias B. S. L. P. G.  
b) a B. abest suo; a S. suo in se.

G 4

7. nis torqueri non potest. Qui servum ideo comparavit, ne in se torqueretur, restituto  
 8. pretio poterit interrogari. Servus in caput ejus domini, a quo distractus est, cuique aliquando servivit, in memoriam prioris domini  
 9. nisi interrogari non potest. Si servus ad hoc fuerit manumisitus, ne torqueatur, quaestio  
 10. de eo nihilominus haberri potest. Quaestioni ejus latronis, quem quis obtulit, cum de eo confiteretur, fidei accommodari non convenit: nisi id forte velandae conscientiae suae gratia, quam cum reo habuit, fecisse doceatur. Neque accusator per alium accusare, neque reus per alium defendi potest: nisi ingratum libertum patronus accuset, aut rei absentia defendatur. Si pecunia data judici reus absolutus esse dicatur, idque in eum fuerit comprobatum, ea poena damnatur a) iudex,  
 11. 12. qua reus damnari potuerit. In convictum reum, sive torqueri possit, sive non possit, b) pro modo admissi sceleris statuendum est.  
 13. 14. Reis suis edere crimina accusatores cogendi sunt: scire enim oportet, quibus sunt criminibus responsuri.

TIT.

a) abest iudex a B. S.

b) iudex quod ei visum fuerit iudicabit B. quae verba sunt interpretationis.

Ab solito est de accusatione. P  
 a delatore suo repeti posse: pote  
 plia sunt crux, d  
 orium ostium de  
 tallum, lodos, de  
 legatio, eritum  
 Sane qui ad glori  
 confunduntur.

Ab auctoribus  
 equas, totidem  
 supporcos quin  
 sita hunc num  
 bus pro qualitate  
 in triplo conve  
 opus publicum ut  
 in vinculorum d

a) Abitur rembus  
 b) ad placentem  
 c) Mores  
 d) Sentence

TIT. XVII.

*De a) Abolitionibus.*

**A**abolitio est deletio, oblivio, vel extinctio \*<sup>1</sup>. accusationis. Post b) abolitionem publicam 2. a delatore suo reus intra tricesimum diem repeti potest: postea non potest. Summa sup- 3. plicia sunt crux, crematio, decollatio. Me- diocrum autem delictorum poenae sunt, me- tallum, ludus, deportatio. c) Minimae, re- legatio, exsilium, opus publicum, vincula. Sane qui ad gladium dantur, intra annum consumendi sunt.

TIT. XVIII.

*De Abactoribus.*

**A**bactores sunt, qui unum equum, duas 1. equas, totidemque boves, vel capras decem, aut porcos quinque abegerint. Quidquid vero intra hunc numerum fuerit ablatum, poena furti pro qualitate ejus, aut in duplum, aut in triplum convenientur: vel fustibus caesus in opus publicum unius anni datur, aut sub poe- na vinculorum domino restituitur. d) Si ea 3.

peco-

a) *absolutionibus* B.

b) *absolutionem* B.

c) *Minimae abest a B.*

d) *Sententia 2 & 4 Collationi debentur.*

G 5

pecora, de quibus quis litigat, abegerit, ad forum a) remittendus est: atque ita convictus, in duplum, vel in triplum furis more damnatur.

## T I T. XIX.

*De Sacrilegis.*

**I.** Qui noctu manu facta praedandi, ac depopulandi gratia templum irrumpunt, bestiis objiciuntur. Si vero per diem leve aliquid de templo abstulerint, vel deportantur honestiores, vel humiliores in metallum damnantur.

## T I T. XX.

*De Incendiariis.*

\***1.** Incendiarii, qui quid in oppido praedandi \***2.** causa faciunt, capite puniuntur. Qui casam aut villam inimicitarum gratia incenderunt, humiliores in metallum, aut in opus publicum damnantur; honestiores in insulam relegantur. Fortuita incendia, quae casu ventiferente, vel incuria ignem supponentis, ad usque vicini agros evadunt, si ex eo seges, vel vinea, vel olivae, vel fructiferae arbores concrementur, datum damnum aestimatione \***4.** sarciantur. Commissum vero servorum, si domino videatur, noxae ditione sarciantur.

Mef.

a) non mittendus B. S.

a) frumenta  
b) acinaces  
c) spiculae

Messium sane per dolum incensores, vinearum, olivarumve, aut in metallum humiliores damnantur, aut honestiores in insulam relegantur. Qui noctu a) fructiferas arbores 5.  
manu facta ceciderint, ad tempus plerumque in opus publicum damnantur, aut honestiores damnum sarcire coguntur, vel curia submovenatur, vel relegantur.

T I T. XXI.

*De Vaticinatorebus, & Mathematicis.*

Vaticinatores, qui se Deo plenos adsimulant, idcirco b) civitate expelli placuit, ne humana credulitate publici mores ad c) spem alicujus rei corrumperentur, vel certe ex eo populares animi turbarentur. Ideoque primo fustibus caesi civitate pelluntur: perseverantes autem in vincula publica conjiciuntur, aut in insulam deportantur, vel certe relegantur. Qui novas, & usu vel ratione incognitas religiones inducunt, ex quibus animi hominum moveantur, honestiores deportantur, humiliores capite puniuntur. Qui de salute Principis, vel de summa Reipublicae Mathematicos, ariolos, aruspices, vaticinatores consulit, cum eo,

a) frugiferas B.

b) a ciuitate B. S. R.

c) speciem B.

4. eo, qui responderit, capite punitur. Non tantum divinatione quis, sed ipsa scientia ejusque libris a) melius fecerit abstinere. Quod si servi de salute dominorum consuluerint, summo supplicio, id est, cruce adficiuntur. Consulti autem si responsa dederint, aut in metallum damnantur, aut in insulam b) deportantur.

## T I T. XXII.

## De Seditiosis.

1. Auctores seditionis & tumultus, vel concitatores populi, pro qualitate dignitatis, aut in crucem tolluntur, aut bestiis objiciuntur,  
 2. aut in insulam deportantur. Qui terminos effodiunt, vel exarant, arborese terminales evertunt, c) vel qui conuellunt bodones, si quidem id servi sua sponte fecerint, in metallum damnantur: humiliores in opus publicum, honestiores in insulam amissa tertia parte bonorum relegantur, aut exsulare coguntur.  
 3. Cives Romani, qui se Judaico ritu, vel servos suos circumcidi patiuntur, bonis ademptis in insulam perpetuo relegantur. d)

Medici

a) qui melius fecerit, debet abstinere B.

b) relegantur B. P. &amp; in marg. S. L. G.

c) Verba vel qui conuelluntz bodones, Schultingio suspecta, absunt a B.

d) addit B. aut exulabunt.

a) fuljor. r. B. S.

b) con[tra] S. L.

c) ob que S.

d) Sententiam

benum.

e) veliz B. C.

Medici capite puniuntur. Judaei, si alienae 4.  
nationis comparatos servos circumcident,  
aut deportantur, aut capite puniuntur.

T I T. XXIII.

Ad Legem Corneliam de Sicariis &  
Veneficis.

**L**ex Cornelia poenam deportationis infligit 1.  
eis, qui hominem occiderint, ejusve rei cauſa,  
furtive faciendi cum telo fuerint: & qui ve-  
nenum hominis necandi cauſa habuerint, ven-  
diderint, paraverint: a) falso testimoniu-  
m dixerint, quo quis periret: mortisve b) cau-  
ſam praetiterint. c) Quae omnia facinora in  
honestiores poena capitum vindicari placuit:  
humiliores vero aut in crucem tolluntur, aut  
bestiis objiciuntur. d) Qui hominem occi- 3.  
derit, aliquando absolvitur: et qui non occi-  
dit, ut homicida damnatur: consilium enim  
uniuersusque, non factum puniendum est.  
Ideoque qui, cum e) vellet occidere, id casu  
aliquo perpetrare non potuerit, ut homicida  
puniatur: & is, qui casu jactu teli hominem  
imprudenter occiderit, absolvitur. Qui latro- \*8\*  
nem

a) *falsum* t. B. S. L. G. P.

b) *causas* B. S. L. P.

c) *ob quae* B.

d) Sententiam 2, 4, 5, 6, 7, & 9 Collationi de-  
bemus.

e) *velit* B. C.

nem caudem sibi inferentem, vel alium quemlibet stuprum inferentem occiderit, puniri non placuit: alias enim vitam, alias pudorem publico facinore defendit. a) Judex, qui in caput fortunasque hominis pecuniam accepit, in insulam bonis ademptis deportetur. Mandatores caedis perinde ut homicidae puniuntur. 12. Si putator ex arbore cum ramum dejiceret, non proclamaverit, ut vitaretur, atque ita praeteriens ejusdem ictu b) homo perierit, et si in legem non incurrit, in metallum damnatur. 13. Qui hominem invitum libidinis, aut c) promercii causa castraverit, castrandumve curaverit, sive is servus, sive liber sit, capite punitur. Honestiores publicatis bonis in insulam deportantur. 14. Qui d) abortionis, aut amatorium poculum dant, et si dolo non faciant; tamen, e) quia mali exempli res est, humiliores in metallum, honestiores in insulam amissa parte bonorum relegantur. Quo si f) ex hoc homo, aut mulier perierit, summo suppicio adficiuntur. 15. Qui sacra impia, nocturnave, ut quem obcantarent, desigerent, obligarent, fecerint, faciendave curaverint, aut cruci g) suffiguntur,

a) haec sententia post sequentem posita est in B.  
b) homo abest a B.

c) probri B. — mercedis S.

d) abortuum faciunt aut totum paecludunt B.

e) quia abest a B. S. L. P. G.

f) dolo malo ex hoc B.

g) affiguntur B.

um, vel alii puni-  
ciderit, punitur;  
alius punitur ab  
a) Iudeo, q. u.  
pecuniam accepta  
deportetur. Nas-  
cicidei punitur  
ramum deficere  
taretur, atque it-  
omo perierit, eis  
metalium damna-  
cidinis, aut c) pro-  
adum curaverit,  
apite punitur. Ho-  
nus infulam deporta-  
tum amatorum puer-  
ans; tamen, e) quin  
mores in metallis  
nilla parte bonoru-  
hoc homo, ut in  
applicio adficiatur,  
ve, ut quem ob-  
ligarent, fecerint,  
cruci g) suffigi-  
tur,  
tem posita est in B  
em praecladem E  
G.

tur, aut bestiis objiciuntur. Qui hominem 16.  
immolaverint, a) exve ejus sanguine litave-  
rint, phanum, templumve polluerint, bestiis  
objiciuntur; vel, si honestiores sint, capite  
puniuntur. Magicae artis conscos summo 17.  
Suppicio adfici placuit, id est, bestiis objici,  
aut cruci b) suffigi. Ipsi autem magi vivi  
exuruntur. Libros magicae artis apud se ne- 18.  
minem habere licet: & c) si penes quoscumque  
reperti sint, bonis ademptis, d) ambustisque his  
publice, in insulam deportantur: humiliores  
capite puniuntur. Non tantum hujus artis  
professio, sed etiam scientia prohibita est. Si 19.  
ex eo medicamine, quod ad salutem hominis,  
vel ad remedium datum erat, homo perierit,  
is, qui dederit, si honestior fuerit, in insu-  
lam e) deportatur; humilior autem capite  
punitur.

TIT.

- a) vel eius sanguinem laetauerint B.
- b) affigi B.
- c) abest si a B. §.
- d) honestiores publice B. Schultingio tale quid  
sensus desiderare videtur.
- e) relegatur B. S. L. P. G.

## T I T. XXIV.

a) *Ad Legem Pompejam de Parricidiis.*

I. **L**ege Pompeja de parricidiis tenetur, qui patrem, matrem, avum, aviam, fratrem, sororem, patronum, b) patronam occiderit. Hi et si antea insuti culleo in mare praecipitabantur, hodie tamen vivi exuruntur, vel ad bestias dantur.

## T I T. XXV.

*Ad legem Corneliam Testamentariam.*

I. **L**ege Cornelia testamentaria tenetur, qui testamentum, quodve aliud instrumentum falsum sciens dolo malo scripscerit, recitaverit, subjecerit, suppresserit, amoverit, resignaverit, deleverit: quodve signum adulterinum excuspscerit, fecerit, expresserit, amoverit, referaverit: quive nummos aureos, argenteos adulteraverit, c) laverit, conflaverit, rasferit, corruperit, vitiaverit: vultuve Principum signatam monetam, praeter adulterinam, reprobaverit. Et honestiores quidem in insulam deportantur, humiliores autem aut in metallum damnantur, aut in crucem tolluntur.

Servi

a) hic titulus in Bouchardi editione sequentem excipit.

b) patronam abest a B.

c) laverit abest a B.

d) testamentum 3

e) serva vel pr.

f) aut aliis 1 1.

g) triplici lan

Servi autem post admissum manumissi capite puniuntur. Qui ob falsum testimonium per- 2.  
hibendum, vel verum non perhibendum pe-  
cuniam acceperit, dederit, judicemve, ut  
sententiam ferat, vel non ferat, corruperit,  
corrumpendumve curaverit, humiliores ca-  
pite puniuntur; honestiores publicatis bonis  
cum ipso judice in insulam deportantur.

a) Judex, qui contra b) sacras Principum 4.  
constitutiones, contrave jus publicum, quod  
apud se recitatum est, pronuntiat, in insu-  
lam deportatur. Qui rationes, acta, libel- 5.  
los, album propositum, testationes, cautio-  
nes, chirographa, epistolas sciens dolo malo  
in fraudem alicujus deleverit, mutaverit, sub-  
jecerit, subscriperit, quive c) aes inaurave-  
rit, argentaverit, quive, cum argentum, vel  
aurum poneret, aes, stannumve subjecerit,  
falsi poena coërcetur. Amplissimus ordo de- 6.  
crevit, eas tabulas, quae publici, vel priva-  
ti contractus scripturam continent, adhibitis  
testibus ita signari, ut in summa marginis ad  
medium partem perforatae d) triplici lino  
constringantur: atque impositum supra linum  
cerae signa imprimantur, ut exterioreſ scri-  
pturae

a) Sententiam 3 vide in Collatione.

b) *sacra vel pr. B.*

c) *aes abest a B.*

d) *triplici lino abest a B.*

- pturae fidem interiori servent. Aliter tabulae  
 7. prolatae nihil momenti habent. Qui vivi te-  
 stamentum aperuerit, recitaverit, resignave-  
 rit, poena legis Corneliae tenetur: & ple-  
 rumque aut humiliores in metallum damnan-  
 tur, aut honestiores in insulam deportantur.  
 8. Si quis instrumenta e) litis suae a procuratore  
 suo, vel cognitore adversario prodita esse con-  
 vicerit, tam procurator, quam cognitor, si  
 humiliores sunt, in metallum damnantur: si  
 honestiores, adempta dimidia parte bonorum  
 9. in perpetuum relegantur. f) Instrumenta pe-  
 nes se deposita quicunque alteri altero absente  
 reddiderit, vel adversario prodiderit, pro per-  
 sonae ejus condicione, aut in metallum da-  
 mnatur, aut in insulam relegatur. Qui fal-  
 sis instrumentis, g) actis, epistolis, rescri-  
 ptis sciens dolo malo usus fuerit, poena falsi  
 coërcetur: ideoque humiliores in metallum  
 damnantur, honestiores in insulam depor-  
 tantur. h) Si qui sibi falsum nomen im-  
 fuerit, genus, parentesve finxerit, i) quo quid  
 alienum interceperit, possederit, poena legis  
 12. Corneliae de falsis coërcetur. Qui insigni-  
 bus altioris ordinis utuntur, militiamque con-

fin.

e) utilitatis B. S. L. P. G.

f) haec sententia post sequentem posita est in  
B., minime vero vt interpretatio.

g) actis abest a B.

h) abest si a B. et recte.

i) quodque aliud B. S.

fingunt, quo quem terreant, vel concutiant,  
 humiliores capite puniuntur, honestiores in  
 insulam deportantur. Si qui de judicis ami-  
 citiis, vel familiaritate mentientes eventus sen-  
 tentiarum ejus vendunt, quidve obtentu no-  
 minis ejus agunt, convicti pro modo delicti  
 aut relegantur, aut capite puniuntur.

## TIT. XXVI.

*Ad Legem Julianam de Vi Publica, & Pri-  
 vata.*

**L**ege Julia de vi publica damnatur, qui ali-  
 qua potestate praeditus, civem Romanum,  
 antea ad populum, nunc a) ad Imperatorem,  
 appellantem necarit, necarive juss erit, torse-  
 rit, verberaverit, condemnaverit, inve pu-  
 blica vincula duci juss erit. Cujus rei poena in  
 humiliores capit is, in honestiores insulae de-  
 portatione coeretur. Hac lege excipiuntur, z.  
 qui artem ludicram faciunt: judicati etiam &  
 confessi; b) & qui id eo in carcerem duci juben-  
 tur, quod jus dicenti non obtemperaverint,  
 quidve contra disciplinam publicam fecerint:  
 tribuni etiam militum, & praefecti classium  
 alarum ve, ut sine aliquo impedimento legis  
 Juliae

a) ad abest a B. S. L. P. G.

b) abest et a B. S.

- Juliae per eos militare delictum coërceri possit.
3. Lege Julia de vi privata tenetur, qui quem armatis hominibus possessione, domo, villa, agrove dejecerit, expugnaverit, obsederit, cluserit, c) idve ut fieret, homines commodaverit, locaverit, conduxerit: quive coetum, concursum, turbam, seditionem, incendium fecerit: funerali sepelirive aliquem prohibuerit, funusve eripuerit, turbaverit: & qui eum, cui aqua & igni interdictum est, receperit, celaverit, tenuerit: quive cum telo in publico fuerit: templa, portas, aliudve quid publicum armatis obsederit, cinxerit, clauserit, occupaverit. Quibus omnibus convictis, si honestiores sint, tertia pars bonorum eripitur, & in insulam relegantur; humiliores in
4. metallum damnantur. Creditor chirographarius, si sine iussu Praefidis d) per vim debitoris sui pignora, cum non habuerit obligata, acceperit, in legem Iuliam de vi privata e) committit. Fiduciam vero, & pignora apud se deposita persequi, & sine auctoritate judicis vindicare non prohibetur.

TIT.

c) vel vt fieret B.

d) aut vim fecerit debitori suo, aut pignora cum non [aperit] obligata ceperit B.

e) incidit B.

Si quis fideliter  
riperit, muta-  
veteris in geno-  
fultius, condamna-Iudicis pelago-  
tur, plenum  
ventur, aut  
tempus rete-Lege Julia  
conflio adverti-  
blicam armam in  
infidas deductio-  
nes bellum ge-  
exercitum compa-  
ferunt Imperat-  
tuum aqua et ig-e) vel b.  
b) eraria, B.

*Ad legem Julianam Majestatis.* 117

T I T. XXVII.

*De lege Julia Peculatus.*

**S**i quis fiscalem pecuniam adrectaverit, subripuerit, mutaverit, seu in suos usus converterit, in quadruplum ejus pecuniae, quam sustulit, condemnatur.

T I T. XXVIII.

*Ad legem Julianam Repetundarum.*

**J**udices pedanei, si pecunia corrupti dicantur, plerumque a Praeside aut curia submoventur, aut in exsilio mittuntur, aut ad tempus relegantur.

T I T. XXIX.

*Ad legem Julianam Majestatis.*

**L**ege Julia Majestatis tenetur is, cuius ope a) confilio adversus Imperatorem, vel Rempublicam arma mota sunt, exercitusve ejus in insidias deductus est: quive injussu Imperatoris bellum gesserit, dilectumve habuerit, exercitum comparaverit, sollicitaverit, b) deseruerit Imperatorem. His antea in perpetuum aqua et igni interdicebatur: nunc vero

hum.

a) vel c. B.

b) erueris. His a. B.

118 JVLII PAVLI LIB. V. TIT. XXX. XXXI.

humiliores bestiis objiciuntur, vel vivi exuruntur; honestiores capite puniuntur. Quod crimen non solum facto, sed et verbis impiis, ac maledictis maxime exacerbatur. In reum majestatis inquire prius convenit, quibus opibus, qua factione, quibus hoc auctoribus fecerit: tanti enim criminis reus non obtenu adulationis alicujus, sed ipsius admitti causa puniendus est. Et c) ideo cum de eo quaeritur, nulla dignitas a tormentis excipitur.

TIT. XXX. A.

*Ad legem Julianam Ambitus.*

1. Petiturus magistratum, vel provinciae sacerdotium, si turbam suffragiorum causa conduxerit, d) seruos advocaverit, aliamve quam multitudinem conduxerit, convictus, ut vis publicae reus, in insulam deportatur.

TIT. e) XXXI.

*De Poenis Militum.*

1. Si pecunia accepta miles custodiam dimiserit, capite puniendus est. Et certe quaeritur, cuius criminis reus dimissus esse videatur. Qui custodia id totum de hoc qu. B.  
d) seruos a., a. q. m. conduixerit abest a B. C.  
e) Titulus XXX. B. ex Collatione sumptus est.

custodiam militi prosequenti f) magna manu excusserint, capite puniuntur.

**TIT. XXXII.**

*Quando appellandum sit.*

**Q**uoties jusjurandum postulatur, eo tempore appellandum est, quo defertur, non quo juratur.

**TIT. XXXIII.**

*De Cautionibus, et Poenis Appellationum.*

**N**e liberum quis et solutum haberet arbitrium retractandae et revocandae sententiae, et poenae, et tempora appellatoribus praestituta sunt. g) Et nisi juste appellaverint, tempora ad cavendum in poena appellationis quinque dieum praestituta sunt. Igitur h) morans eo in loco, ubi appellavit, cavere debet, ut ex die acceptarum literarum continui quinque dies computentur. Si vero longius, salva dinumeratione integri quinque dies cum eo ipso, quo literas acceperit, computantur. Ne quis in i) captionem verborum in cavendo incidat, expeditissi-

f) iam manu B.

g) Quod nisi B. S.

h) ignorans si eo B. C.

i) captione v. i. c. immoratur B.

peditissimum est, poenam ipsam, vel quid aliud pro ea deponere: necesse enim non habet sponsorem quis fidejussoreme dare, aut praesens esse: sed si contra eum fuerit

3. pronuntiatum, perdit quod depositum. Quoties in poena appellationis cavetur, tam unus, quam plures fidejussores, si idonei sunt, dari possunt: sufficit enim etiam per unum ido-

4. neum *k)* indemnitat poena consuli. Si plures appellant, una cautio sufficit: et si unus

5. caveat, omnibus *l)* vincit. Cum a pluribus sententiis provocatur, singulare cautiones exigendae sunt, et de singulis poenis sponden-

6. dum est. Modus poenae, in qua quis cavere debet, specialiter in cautione exprimentus est, ut *m)* sit, in qua stipulatio committatur:

7. aliter enim recte cavisse non videtur. Affer-

\*8 tor si provocet, in ejusmodi tertiam cavere

debet, quanti causa aestimata est. In omni-  
bus pecuniariis causis magis est, ut in tertiam  
partem ejus pecuniae caveatur.

## TIT. XXXIV.

*De Dimissoriis Literis.*

1. **A**b eo, a quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cognitus est, literae dimis-

foriae

*k)* indemnitatis B. L. P. G.

*l)* prodest. B.

*m)* sciat in q. B. C.

foriae diriguntur, quae vulgo Apostoli appellantur: n) quorum postulatio, et acceptio intra quintum diem ex officio facienda est. Qui intra tempora praestituta dimissorias non 2. postulaverit, vel acceperit, vel reddiderit, praescriptione ab agendo submovetur o).

TIT. XXXV.

*De reddendis causis Appellationum.*

**M**eritum appellationis causae capitalis, et 1. ipsam rationem status non nisi per nosmet ipsos prosequi possumus: nemo enim absens aut duci in servitute potest, aut damnari. Moratoria appellationes, et eas, quae ab ex- 2. secutoribus et confessis fiunt, recipi non placuit. Eum p), qui appellat, cum convicio 3. ipsius judicis appellare non oportet. Ideoque quod ita factum est, arbitrio Principis vindicatur.

TIT. XXXVI.

*Post provocationem quid observandum sit.*

**Q**uoties possessor appellat, fructus medii 1. temporis deponi convenit. Quod si petitor pro-

n) quarum B.

o) Addunt B. L. P. G. R.: et poenam appellatio-  
nis inferre cogitur, quod et Gratianus habet.

p) quem dicimus appellatum conuicio B.

provocet, fructus in causa depositi esse non possunt, nec recte eorum nomine satisdatio  
**2.** postulatur. Si propter praedia urbana, vel mancipia appelleatur, pensiones eorum, vel mercedes, vecturae etiam, si de navi agatur, deponi solent.

## TIT. XXXVII.

*De Meritis Appellationum.*

**3.** *O*nнимodo ponendum est, ut quoties inusta appellatio pronuntiatur, sumptus, quos, dum sequeretur adversarius, impendit, redere cogatur, non simples, sed quadruplos.

T. XXXVII.

depositi eis  
nomine falso  
etia urban  
ones eorum  
si de navi age

L.  
tionum,

ut quiesce  
mptus, quo,  
egredit, red  
a quibus.

INDEX

**INDEX EDITIONVM**

**FONTIVM**

**CORPORIS IVRIS CIVILIS.**

INDEX  
EONTINENS  
CORGES LARIS CAVITE

FOSTIUM con  
quam inc  
pachet et  
gmet, pecto  
peramur c  
superantes,  
manae ant  
quam laeti  
cunque de  
epitomen n  
nos peruen  
que vel in  
dicunt, r. e.  
exstant, vel re  
bra vndeque c  
veteris canida  
XII tabulae, edi  
Horum igitur  
gimnam, nec  
vium exposce  
editionum pa  
numero ab

**F**ONTIUM corporis iuris ciuilis nouo magis  
quam incommodo vocabulo liceat comprehendere et veterum Iureconsultorum fragmента, praeter Pandectas, nobis seruata, et Imperatorum constitutiones, praeter Codicem, superstites, omnes itaque iurisprudentiae Romanae ante Iustinianae reliquias, quas aliis quam Iustiniani compilatoribus debemus, quo-cunque demum modo, sive integrae, sive in epitomen redactae, forsan et interpolatae, ad nos peruererint. Ab his ea tamen separamus, quae vel in vulgatis auctoribus classicis, quos dicunt, v. c. in Plinii et Symmachii epistolis, exstant, vel recentiorum magis, disiecta membra vnde conquirentium, labores, quam veteris cuiusdam scriptoris libri videntur, ut XII tabulae, editum praetoris, aliaque multa. Horum igitur fontium neque indolem originariam, neque insignem sane hodiernum usum exponere animus est; solum indicem editionum professi sumus, quem cum omni numero absolutum dare ex instituti natura de-

desperemus, pleniorē tamē et veriorem eūm faciemus, ac ii quos et maiori operi Bibliothecae vel Historiae iuris intentos, et ab instructissima bibliotheca alienos, non potuerunt non plura effugere. Quin et initio a nobis facto facilius erit addere, quae vel ipsi inueniemus postea, vel viri docti nos edocebunt. Primo chronologicum ordinem sequemur solum, et secundum annorum seriēm quid circa edendos vel repetendos vel emendandos fontes nostros praestitum sit notabimus, cum maxima fere editorum pars plures huius generis libellos complectatur, et de eadem editione saepius dicendum sit, si secundum ipsa fragmenta hunc recensum agere velimus; deinde vero in sua genera digeremus, quae antea minus composite descripta videri possunt. Testimonia vbique proferemus, vt singulorum siue laus siue culpa sit penes auctores. Fidem nostram non nisi in iis obligamus, quae ipsi vidimus, quae quo melius dignoscas, editionibus, quas bibliotheca academica suppeditauit, et asteriscum adiecimus et aliam typorum formam adhibuimus.

DVDVM inuenta erat diuina typographia ars, cum primum ad seruandos fontes nostros adhibita fuit, quippe qui et ICtis ob nimiam, certe ab vsu nimis remotam doctrinam, et elegantiorum litterarum sautoribus ob iurisprudē-

dentiam, quam fontes nostri vel poscebant vel adiuabant, minus grati esse debuerunt. At neque satis benigna fata primo huius generis instituto praefuerunt.

I) 1517. fol. min. fine loco, (at Lovanii, vbi hic typographus et anno praecedente artem suam exercuit et subsequente v. MAITTAIRE Ann. Typ. T. II. P. I. p. 291. et 324.) apud *Theodoric. Martinum Alustensem*, curante *Petro Aegidio Antverpiensi*: Summae siue argumenta legum diuersorum Imp. ex corpore D. Theodosii, Nouellis D. Valentiniani, Aug. Martiani, Maioriani, Seueri, praeterea Cai et J. Pauli Sententiis, nunc primum diligenter excusa, Caesarei juris studiosis utilitatem allatura non mediocrem ex vetustissimo Archetypo.

MEERMANN N. Thes. T. VII. p. 673.— Editio est et princeps et vnica operis, quo carere quidem possumus, cum iam ea ipsa habemus, quae auctor in epitomen redegerat. At saepius tamen manu descripta erat haec epitome, cuius duos codices vel ipse MEERMANNVS consultit, et non ita certa et integra sunt omnia, ut subsidium hoc de-  
spicien-

spiciendum plane sit, praesertim cum nemo sequentium editorum praeter solum MEERMANNUM eo usus videtur. De CUIACIO enim, cui MEERMANNUS notam fuisse putat hanc editionem ad num. 4. dubia certe proferemus. Optandum ergo foret MEERMANNUS hunc libellum lectoribus non inuidisset.

\*2) 1525. *Bouchardiana* 4. Paris. (ap. Conr. Reschum, typis P. Vidouae) Titi Gaii institutionum, Julique Pauli sententiarum cum titulorum omnium indice, in easdemq. praefatione, recens opus quod ubi introspexeris lector vigilansime haud te poenitebit quantum fructus in eo decerpseris; summa cum diligentia excussum in lucem foelici omne prodit. an. M. D. XXV. Vaenundatur apud insigne scuti basiliensis Parisiis via ad diuum Iacobum. Cum priuilegio.

Editio princeps est, ad codicem Alm. Bouchardi Santorum Praefidis typis descripta, cuius et ad Ant. Pratensem, Galliae Cancellarium, dedicatio praemittitur, ex Angeria data. Ex bibliotheca Gottingensi nobis commodataam rarissimam editionem

tionem, contulimus cum Pauli Sen-  
tentiis, lectionesque non ex mani-  
festo errore variantes, notauimus  
ad marginem editionis recentissimæ.  
De externo libri habitu v. *Civilift.*  
*Mag. B. II. H. 2. n. 12.* Male ta-  
men diximus formam esse Medi-  
anquart, cum sit quarta minor fere.  
Corrigenda sunt et quae habet BA-  
CHIUS *hist. jpr. R. Libr. 3. C. 2.*  
*S. 5. §. 15. n. (o). et §. 35.* Meliora  
jam SCHULTINGIUS in praefatione  
dederat.

\*3) 1528. *Sichardiana* fol. Basil.

**C O D I C I S T H E O-**  
**D O S I A N I L I B-**  
**R I X V I .**

*Q U I B U S S U N T I P S O R U M P R I N-*  
*C I P U M A U C T O R I T A T E A D I E-*  
*C T A E N O V E L L A E*

Theodosii,  
 Valentiniani,  
 Martiani,  
 Maioriani,  
 Seueri.

Caii Institutionum lib. II.

Jul. Pauli Receptarum sententiarum lib. V.  
 Gregoriani Codicis libri V.  
 Hermogeniani liber I.  
 Papiniani titulus I.

H I I S N O S A D I E C I M U S E X V E-  
 tustissimis bibliothecis eo quod ad ius ciuale  
 pertinerent et alterius etiam responsa passim  
 in Pandectis legerentur,

L. Volusii Metiani lib. de Asse  
 Julii Frontini lib. de controversiis limi-  
 tum, cum Aggeni Vrbici Commentariis.

E X C U D E B A T B A S I L E A E H E N-  
 R I C U S P E T R U S , M E N S E  
 M A R T I O , A N N O  
 M D X X V I I I .

*Cum gratia et priuilegio Caesareo.*

Editio princeps est, quam J. SICHARDUS, Basileae tunc commoratus, FERDINANDO I dicauit, cuius diploma-te adiutus primo Argentorati codicem inuenerat, ad quem et Moguntiacus et Morpacensis, postea vero et Augustensis accesserunt. At SICHARDUM solam Visigothorum compilationem nactum esse, eamque pro corpore quodam iuris Theodosiano habuisse, dudum animaduenterunt viri doci. Multa de-sunt, nimirum ex 12 titulis libri primi, is, qui nunc sextus est; ex 33 libri sec. et 19 tit. libri tertii nullus, ex 23 tit. libri quarti nonus et decimus tertius, ex 12 titulis libri quinti nullus, ex libro 6 omnes praeter titulum quintum, ex libro septimo omnes praeter primum ti-tulum, ex 19 titulis libri octaui, primus, tertius, quartus, sextus, septimus, nonus, decimus, deci-mus sextus, et decimus septimus; ex 45 titulis libri noni, 2, 4, 5, 17, 23, 26, 28, 30, 31, 32, 44; ex 26 titulis libri decimi 2, 5, 6, 7, 9, 11, 12, 13, 20 vsque ad 26; ex 39 tit. libri vndeclimi 2, 4, 5, 8, 9, 10, 12 vsque ad 15, 17 vsque ad

25, 27, 28, 29, 32, 33, 34; ex  
19 titulis libri duodecimi omnes  
praeter primum et sextum; ex 11  
titulis libri decimi tertii omnes praet-  
er primum et decimum; ex 27 tit.  
libri decimi quarti omnes praeter  
septimum; ex 15 tit. libri decimi  
quinti omnes praeter 1, 2 et 14;  
ex 12 tit. libri XVI omnes praeter  
2, 7, 9, 11 desiderantur. At vel  
ii tituli, quos sifit SICHARDUS quam  
mutili interdum sint, exemplo ti-  
tuli notissimi de decurionibus mon-  
strasse sufficit, qui cum 192 con-  
stitutionibus constet, apud SICHAR-  
DUM ad 9 reddit. Nouellas THEO-  
DOSII non nisi 11, VALENTINIANI  
vero omnes quae in editione anni  
1586 reperiuntur, edidit; MAR-  
TIANI omnes praeter 5<sup>am</sup>, MAIO-  
RIANI primam et secundam, SE-  
VERI primam, ANTHEMII nullam.  
Ex codice GREGORIANO non nisi  
22, at ex HERMOGENIANO non  
nisi duas constitutiones habet. Cae-  
tera satis integra sunt. Constat  
editio foliis 178, est et nitida et  
accurata. In margine lectionum  
varietas notatur, at non semper  
laudato codice cui debetur. Vsi  
funt

funt hoc libro fere omnes sequentes editores, vnde magis est quod miremur MAITTAIRUM et editionem ipsam et typographum latere potuisse, J. GOTHOFREDUM vero, OISELUM aliosque, immo ipsum BACHIUM *l.l. §. 35. p. 494.* SICARDO etiam VLPIANI fragmenta tribuere e quo errore et ille gravissimus fluxit, VLPIANUM Gothis deberi *l. 3. C. 4. 5. 14. p. 562.*

4) . . . . *Aegidiana* Antverpiae . . . .

Hanc editionem omnes ignorauerunt, ergo satis erit eius existentiam probasse. De ea loquitur CUIACIUS in epistola ad Ranconnetum n. 13. praemissa, in notis ad PAULE sententias *I. 17. §. 1. et II. 20. §. 1.* Haec de editione n. 1. accepit MEERMANNUS, at perperam. Illa enim editio Louani, vti supra monuimus, haec Antwerpiae prodiit. En verba Cuiacii: *ex subscriptione auctoritatis a P. Aegidio Antverpiae primum editae . . . . mox in officinis typographorum Lutetiae, Basileae, Antuerpiae ex quibus iam ante memini Aniani interpretationes in lu-*

cem produisse, deinde et in Bouchardii  
ac Aegidii libro Antuerpiae excuso,  
tandem: Paris. editio habet SOLA  
DELECTIONE, Basil. SOLO DELICTO  
Antwerp. SOLO DERELICTO... Vel  
ex serie editionum cum semper post  
Parisensem et Basileensem hanc no-  
minet, suspicari licet posteriorem  
eam fuisse, quod et confirmatur  
nota ad PAULUM I, 15. §. 1. n. 2.  
vbi accurate CUIACIUS monet Bou-  
CHARDII editionem duobus annis  
Basileensem praecessisse; tunc enim  
sine dubio monuisset neque Bouchar-  
dianam primam fuisse, sed per in-  
tegros 8 annos ante eam iam ad-  
fuisse Aegidianam, si n. 1. intel-  
lexisset. Epitomen illam habuit  
quidem MEERMANNUS, quam nos  
non habemus; at affirmare tamen  
ausim neque exemplar auctoritatis,  
neque interpretationes sic dictas  
ANIANI, neque eas lectiones, quas  
CUIACIUS laudat, in ea reperi; id  
enim cum toto illo instituto pu-  
gnare puto. Quis denique putet a  
CUIACIO viro diligentissimo meram  
epitomen, vt editionem integrum,  
laudari, de eaque re lectorem pla-  
ne non admoneri? Fuit ergo di-  
uersa

uersa ab illa Louaniensi epitomes editione haec Antverpiensis, quae, quid continuerit, ignoramus. Paulli sententias cum interpretatione habuit, at potest et Codicem Theodosianum Gothorum habuisse, cum huic quidem, non vero PAULI sententiis praemitti soleat exemplar auctoritatis quod in suo codice inuenit AEGIDIUS. De typographo nil constat, eo enim tempore complures typographos floruisse Antverpiae patet ex *Maittaire l. l. p. 263.*

50 1549. *Tiliana* 8. Paris. typ. Guil. Morelii Vlpiani Icti veteris liber titulis 29 quorum in Pandectis nulla mentio est.

Editio *princeps* est fragmentorum Vlpiani, earum igitur iuris antiqui reliquiarum, quibus prae reliquis omnibus supplementis palmam dabit quicunque non tam molem libri sed numerum et momentum eorum, quae solus ille habet, spectauerit. Ex dedicatione IO. TILLI (Du Tillet) ad EM. RANCONNETUM, Parisiis Kal. Decembr. 1549 data et saepius typis repetita, discimus haec fragmēata quinquennio

antea inuenta fuisse compilationi Gothicæ iuncta, at in vno tantum codice, eoque deprauatissimo, vt Tilius quidem putabat. Ea tanquam primitias Codicis Theodosiani in nomine RANCONNETI apparet voluit. Natus inde est error GOTHOFREDI in *Biblioth. i. ciu. c. 2. §. 3.* RANCONNETUM ipsum ea edidisse. Annum 1549 habet et GOTHOFREDUS *l. l.* et MEERMANNUS *ad Vlpian. pr. N. Thes. Vol. 7. p. 741.* Alii ad annum sequentem hanc ed. referunt. Typographi nomen et titulum libri paulo pleniorem debemus MAITTAIRIO *l. l. T. 3. p. 437.* in indice librorum quos MORELIUS ante annum 1560 typis vulgauerat, at neque annum, neque formam neque Tilius vel RANCONNETI nomen ibi inueniimus. Hanc editionem perpauci viderunt, neque satis scio an MEERMANNUS. SCHOTTIUS vero in *Suppl. ad LIPPENIUM* errat sine dubio, dum etiam PAULUM cum VLPIANO a Tilio editum tradit.

- 6) 1550. 8. Louanii ap. Rotarum. Vlpianus. Nominatur in catalogo Bodleiano, eamque ad amissim Tilianae expressam esse ait MEERMANNUS *l. l.*

7) 1550. *Tiliiana 8.* (forma minore) Paris.

E LIBRIS CONSTITV-  
tionum Theodosii A.

**LIBRIPRIORES OCTO**  
longè meliores quàm adhuc circunfe-  
reabantur: sed ab Alarico rege Got-  
thorum ita deminuti, vt vix de-  
cima pars in his hodie appa-  
reat eorum, quæ in Theo-  
dosiano codice con-  
tinebantur.

Posteriores octo integri, nunc primūm  
post. M. annos in lucem reuocati à Io. Tilio  
Engolism.

D I C A T I

IO. BERTRANDO. V. C. CVRIAЕ PA-  
risiorum præsidi, & ab interiori consilio Henrici. II.  
Gallia regis optimi maximi.

Cum priuilegio Regis & Curiæ.

P A R I S I I S,

Apud Carolam Guillard sub sole aureo, & Gulielmum  
desboys sub cruce alba, via ad diuum Iacobum.

M. D. L.

Hacc editio *princeps* est octo librorum, posteriorum, quorum antea non nisi fragmenta a Gothis compilata prodierunt. Duabus constat partibus, quarum altera 580 paginas, altera vero 123 numerat; illa Tilii anecdoton, haec, appendicis instar, 8 priores libros sistit. Praemissus est cuique titulorum index cum praefatione vel dedicatione, quae si ordini restitutas, turbata a compactore nostri voluminis, quem sefellit sine dubio index posteriorum librorum ante indicem priorum collocandus, hoc modo se excipient, primo frons proprius 8 posteriorum librorum, epistola Tilii ad Bertrandum, Paris. XI Kal. Dec. 1549 data, index titulorum in 8 libris posterioribus obuiorum, ipsae constitutiones; deinde praefatio Tilii ad libros 8 priores XV Kal. Maias 1550 data index titulorum ad libros priores pertinentium, Gothorum praefatio (exemplar auctoritatis) denique ipsae constitutiones horum librorum. Paucissimi post I. GOTHOFREDUM qui diligenter hanc editionem contulit in his rebus versantes, ea vni sunt, BRUNQUELLUS enim, si frontem libri inspexisset, non potuit non animaduertere in eo, more

&amp;

& olim apud nos & apud exteros  
nunc quoque visitato, multo magis  
conspici nomen BERTRANDI, cui di-  
cata est editio, quam TILII editoris,  
neque turbasset eum *bibl. Duboisiana*  
*p. 444.* vt eodem anno eadem forma  
BERTRANDUM quoque haec edidisse  
sibi persuaderet, vti fecit *in hist. iur.*  
*L. I. C. 14. §. 24. p. m. 164.* RITTE-  
RUS vero gloriatus paene est neglexisse  
se Tilianam editionem vel eam ob  
causam quod *valde*, ait, *ego semper*  
*doluissem reieetas in ea, nescio quo fato,*  
*interpretationes a Gothis subiectas le-*  
*gibus.* Bertrandianam tamen anxie  
quaesivit. Ex praefatione patet Tiliu[m]  
quoad libros quoque priores codicibus  
manuscriptis usum esse, eumque & in  
Codicem notas & de veterum ICtorum  
scriptis volumen parare voluisse, quae  
an unquam prodierint, ignoro. Notis  
omnino caret haec editio, varietas ta-  
men lectionum in 8 prioribus libris,  
quippe iam editis, ad marginem ad-  
scripta est. Hisce integer titulus nul-  
libi accessit, posteriores vero ita editae  
sunt, vt soli libro XVI postea plures  
tituli addi potuerint. In hoc enim  
defecisse videtur codex TILII manu-  
scriptus; integri sunt tituli 4 priores,  
at

at quarto iunctae sunt constitutiones tituli 5, ita ut omissis 16 prioribus, ea quae in editionibus Cuiacianis 16<sup>ta</sup> tituli 5 de haereticis est, sit TILIO 7<sup>ma</sup> tituli 4. de his qui super religione contendunt. Constitutiones reliquae ad 66<sup>tam</sup> usque omnes adsunt, at deest, notata lacuna, titulus 6 & 7; prima tituli 8 de Iudaeis constitutio, exceptis primis verbis adest at pergit numerus tituli 4<sup>ti</sup> licet titulum 6 incipere TILIUS dixerit, Titulus 9 integer adest, tituli decimi non nisi 12 primae constitutiones. Additur tandem ex epitome Gothorum titulus de apostatis cum titulo de religione.

8) 1552. Louanii . . . . Draconis elementis juris ciu. carminice descriptis additae sunt Caii institutiones.

MEERMANN ad Cai. I. 1. n. 1.

\*9) 1553. 8. Lugduni ap. Maur. Roy, & Ludov. Pernot. Brachylogos totius iuris ciuilis, siue corpus legum, cui adiunctae sunt Institutiones T. Caii Iureconf. Vlpiani ex toto scriptorum ipsius corporte tituli vndetriginta, ex recenti reperto.

Iam

Iam in eo eram ut duas eiusdem anni Lugdunenses editiones commemorarem, quarum primam *VLPIANI ap. Roy* ex Bibliotheca Bodleiana, secundam *Brachylogi*, *VLPIANI & CAII* ex MEERMANNO didiciram, id tantum additurus, secundum MAITTAIRE l. l. p. 495. socios fuisse hos typographos. Peropportune dubium diluit celeberrimus PÜTTMANN libro sing. *Miscellaneorum* p. 34. integrum titulum libri exhibens, cum quo HOFFMANNUS l. l. p. 351. conuenit. Postea ipsum librum inueni in bibliotheca Gott. sed solus Lud. PESNOT nominatur & in fronte & in priuilegio, ex quo & hoc didici PESNOTIUM edendi VLPIANI consilium cepisse prius quam Tiliiana ed. prodiret. Priuilegium enim mense Septembri 1548 ei concessum est ad XXIX titulos ex corpore VLPIANI nominatim spectans. Ergo non nisi casu editionis principis gloriam praeripuit TILIUS CLAUDIO GUSTANO, a quo se pridem multa & eximia eius generis monumenta accepisse PESNOTIUS fatetur, quod quo modo conciliandum sit cum insigni similitudine,

dine, quam inter Tilianam & Pesnotianam editionem deprehendit MEERMANN, ego quidem non video, nisi TILII librum prius quam ederetur, a GUSTANO descriptum fuisse, dicamus. Nam & turbatum primarum sententiarum ordinem & reliqua vitia editionis principis a CUIACIO L. XVII. Obs. 28. notata PESNOTIUS retinuit. Caeterum absolvitur omnis haec editio 256 paginis, in quarum ultima haec leguntur: Excudebat Mathias Bonhomme Lugduni.

10) 1554. Tolosae. VLPIANI fragmenta cum notis CUIACII edita sunt, curante non ipso CUIACIO sed auditore eius Io. AMARITON NONETANO.

Eistolam AMARITONIS sislunt FA-BROTTUS & SCHULTINGIUS. Editionem ipsam hic non vidit, at felicior hac in re fuit MEERMANNUS. Haud iniucundum fuerit notasse inter omnia CUIACII opera hunc librum agmen ducere. Nihil antea ediderat, 32. annos natus.

\*11) 1555. Charondae I. 12. Paris. ap. Gourbin.  
Catalogus legum antiquarum . . . per Io.  
Vlr.

*Vlr. Zafium ... cum annotationibus Ludouici Charondae IC. Parisiensis, multo quam antea locupletioribus. Accesserunt alia eiusdem argumenti opuscula, quae proxima pagina describuntur, Lutetiae apud Egidium Gourbin, sub insigni spei, e regione collegii Cameracensis. 1555. Cum priuilegio Regis.*

Quae in hac ed. ad nostrum prôpositum spectant ita indicantur: Tituli 29 ex corpore Vlpiani ad veterem manuque scriptum Philippi Geruasi IC. Germani codicem restituti & emendati. In eosdem titulos Lud. Charondae & Jacobi Cuiacii ICtorum notae. Dicata est PHILIPPO VALTONIO auunculo, cui narrat CHARONDAS sibi a typographis codicem GERVASII oblatum esse, in quo fragmenta Institutionum Vlpiani emendatius scripta fuerint, multa in iis inueniri Accursianis noua & inaudita. — Priuilegium GUILL. CAPELLAT impetrauerat. Constat ed. foliis 290, praeter indices. Ad folium 127 VLPIANUS incipit, in paucis melior Tiliano v. c. Tit. IX. §. 26. recepta est lectio: qui testamento dati sunt, cum in aliis fere omni-

omnibus sit: qui *tunc* dati sunt, at iam ita coniecerat Cuiacius. Tituli XIII. rubrum recte habet: *De coeli-be pro cele.* Singulos titulos sequuntur notae Charondae, has vero Cuiacianae. Hac ed. & Schulting & Meermann vsl fuit, neque nos ea carere passa est bibliotheca Gottingensis.

**12) 1556.** . . . . Obseruationum Librum I. CUIACIUS edidit. Obseruatio vndecima siflit constitutionem GORDIANI CUIACIO a P. PITHOEQ datam, quae postea in Codicis Gregoriani Libro V. Tit. I. prima effecta est. Quod vel ideo notandum fuit, ne quem decipiatur Gothofredus dum in bibliotheca sua huius constitutionis seorsim mentionem facit, alias solitus coniungere gradus quibus monumentum quodam restitutum fuerit.

**13) 1558.** Paris. Pauli Rec. sententiae cum notis Cuiacii prodierunt.

Epistolam ad Emar. Ranconnetum Lutetiae Kal. Dec. 1557. datam v. apud Schultingum, Cuiacius ait sibi a Ranconneto spem factam esse 8 priorum Codicis Theodosiani

ni librorum. Codices manuscriptos sententiarum suppeditauit Ranconnetus; Tilii vero libris caruit editor. Hanc editionem posteriores nimis anxie fecutas esse conqueritur Schultingius; aberant tamen interpretationes Gothorum.

- 14) 1559. Lugduni ap. Pesnot. Brachylogus, Caius & Vlpianus additis Pauli sententiis (sine interpr.) prodierunt.

Vsus est ea editione Schultingius at non satis diligenter eam contulit teste Meermann ad Caium L. I. T. 1. n. 1. Notat, non ferenda vel impudentia vel ignorantia in fronte dici Pauli sententias nunquam antea typis commissas fuisse. Habuit eam & Senkenberg v. praef. eius ad Brachylogum.

- 15) e. a. 8. Lugduni ap. Tornaeium Pauli rec. sent. prodierunt.

Hanc editionem *primam* dicit P. Faber ad Paul. II, 14. n. 2. Refert eam & Catal. Bodlei. Vereor tamen ne eadem sit ac superior.

- 16) 1562. Lugd. fol. Corpus iuris civilis glossatum Aeg. Perrini & Pandulphi Prateii prodiit V voluminibus, in cuius

K

calce

calce & Vlpianus adiectus est. Senkenberg in praef. ad brachylogum §. 3.

\*17) 1566. fol. Lugduni ap. Guil. Rovillium (Rouille) Codicis Theodosiani libri XVI quam emendatissimi, adiectis quas certis locis fecerat Aniani interpretationibus. Ex his libris nunc primum integri produnt VI, VII, VIII, XVI. Caeteri aucti sunt innumeris Constitutionibus. Nouellarum Theodosii, Martiani, Maioriani, Seueri Libri V. Cum Aniani interpretationibus. Ex his etiam Nouellis multae tenebris auferuntur. Tituli ex corpore Codicis Gregoriani & Hermogeniani, & multo plures, quam prioribus editionibus haberentur. Ex Gaii Institutionibus Liber. Iulii Pauli Receptarum Sententiarum ad filium lib. V. cum Aniani interpretationibus & auctiores & castiores, quam antea fuerint. Tituli ex corpore Vlpiani. Volusii Maecciani de partibus assis, Liber. Papiani liber responorum: qui etiam nondum fuerat editus. Item Notae Iuris a Magnone collectae. Haec omnia curante Jacobo Cuiacio. Lugduni ap. Guil. Rovilium sub scuto Veneto MDLXVI. Cum privilegio Regis ad nouennium.

Con-

Constat paginis 727, in quarum numero non computantur ea, quae ante C. Theodosiani initium posita sunt, nimirum familiae Redingerorum *derypha* cum subiecto *Extract du privilege du Roy* in pagina tituli aversa, Dedicatio Cuiacii Biturigis Kal. Mart. 1566 data ad D. Io. Redingerum Silesium, auditorem, vti videtur, quandam suum, dedicatio Sichardi, dedicatio & praefatio Tilii ad Cod. Theodosianum, eiusdem dedicatio Vlpiano praemissa, Elenchus auctorum cum paginis, Index titulorum ex ordine librorum, Typographi excusatio ad Lectorem, tandem exemplar auctoritatis. Editio *princeps* est quoad nonnulla, iam in fronte libri nominata. Librum VI, VII & VIII inuenerat & suppeditauerat Stephanus Charpin. Libri XVI<sup>ti</sup> repertor non laudatur, at ex iis quae de Tiliana editione diximus, patet omnino hunc librum multo pleniorum a Cuiacio editum esse. Quin & nimis plenum eum fecit, addito spurio titulo de episcopal iudicio, quem his verbis adneget: Hic titulus deerrabat a cor-

pore Theodosiano. P. Pithoeus Constitutiones de SC<sup>to</sup> Claudiano, titulum nonum libri quarti, numero per errorem non distinctum, & Nouellarum quae desunt notitiam contulerat, Nouellas vero Maioriani Antonius Loifellus. Caetera vel Cuiacio ipsi, vel Sichardo vel Tilio debentur. Ludouici Miraei nomen inter hos Codicis Theodosiani sospitatores frustra quaesiui, cum tamen & Cuiacius in praef. ad Lib. IV. Observationum scribat Codicem sibi a Miraeo legendum esse datum, ipseque Miraeus praefationi suae ad Juliani Nouellas haec adiecerit: Lugduni 1560 Kal. Aug. ex officina Tornesiana ex qua prodibit propediem Deo fauente Codex Theodosianus integer vna cum corpore iuris ciuilis pari integritate & diligentia restituto. Aniani interpretationes Cuiacius & seruauit positas, & restituit omissas. Nouellas Theodosii habet XVII, Valentinianni XV, tres enim ultimae quas & in editione anni 1586 & in Ritteriana frustra quaesiueris eaedem sunt quas hae editiones Theodosio vt 35, 37, & 39 tribuant.

unt. Facit cum editione nostra & Gothofrediana & Ottobonianus Codex. Nouellas Martiani nostra editio habet quas & Sichardiana, Maioriani & additae sunt, Seueri duae exstant, Anthemii nulla. Caii, Pauli & Vlpiani paragraphi numero non distinguuntur. Haec editio prima est in qua, praeter omnium quidem codicum fidem, rei natura id iubente titulus de legibus & moribus ante titulum de libertis ponitur, at simul mater est temerariae illius coniecturae qua se supplere putauit Cuiacius initium Vlpiani, dum legem Cinciam supra certum modum donari prohibuisse et imperfectam fuisse inuitum Vlpianum dicere coegerit. Meermann ad Vlp. Tit. 1. §. 1. Schultingium incaute satis hanc editionem fecutum esse ait, at distinguat tamen Schultingius alio typorum genere hunc Vlpianum Cuiacianum a vero sine-roque illo Vlpiano, quem codices praestant. Utinam idem fecissent & alii editores, quibus, ut non omnibus eadem placent, arrisit haec Cuiacii sagacitas, neque falsum admisissent dum praeeunte hac edi-

K 3 tione,

tione, & vel abiecta stellula, qua Cuiacius quodam tamen modo lectores monuerat, pro Vlpiani verbis haec nobis vendidissent, Dion. Gothofredus, Leewius, Hommelius alii. Sane non induxissent Brummerum, Bachiumque, l. l. L. 2. C. 2. S. 1. §. 35. p. 159. vt hi, freti loco Vlpiani, legi Cinciae caput spurium adderent. Est & aliud quod parum probant harum rerum peritiores, in quo hanc editionem plurimi fecuti sunt, in eo nempe vt fragmentum Papiniani de pactis inter virum & vxorem, a Sichardo inuentum, Papiano suo donaret. Ut solent fere male parta male dilabi, haec Cuiacii liberalitas adeo parum profuit Papiano vt vel existentiam yiri dubiam multis reddiderit nomen Papiani ex corrupto titulo initii ortum esse suspicantibus, inter quos est & Bachius l. l. L. 3. C. 4. §. 16. p. 564. Errat & Röverus (v. n. 60.) dum huic Codici Theodosiano editionem principem fragmenti veteris Icti de iuris spec. & de manum. tribuit, quod inde omnino abest. Haec editio Lugdunensis multis ad  
ma-

manus fuit; nobis quoque ex bibliotheca Gottingensi.

Eidem huic editioni in nonnullis exemplis locum adscriptum fuisse puto Parisios. Excitat enim I. Gothofredus ad C. Th. Lib. III. T. 12. const. 3. n. h.h. editionem C. Th. Parisianam anni 1566, neque calamo eum lapsum esse, cum Rittero in praef. dicere nobis licet cum in Bibliotheca iuris p. 64. difserre haec habeat idem Gothofredus: "Cuiacius librum sextum, septimum, & octauum integros eruit, vna cum supplemento libri postremi a Stephano Charpino acceptos, Lutetiae in fol. A. D. 1566. Constitutiones de SC. Claudio lib. 6. contulit Cuiacianae editioni P. Pitthoeus." De hac nostra ed. Gothofredum loqui, eamque ad manus illi in paranda noua editione iam tum versanti fuisse, nemo non videt. Parisiis hanc ed. tribuunt & Brunquellus l. l. p. 164. & Hofackerus in Princ. iuris ciu. Rom. Germ. T. I. §. 59. p. 49. qui cum satis diligenter haec tractet non indignum videbitur notasse Consulta-

tionem veteris ICti tunc temporis a Cuiacio nondum, quod Hofackerus putauit, fuisse editam. Habant quidem eam, sed propriis consultationibus iungendam seruabat.

Hoc anno Pithoeanam Nouellarum editionem prodiisse multi narrant, decepti, ut videtur, vitio typographicō ed. Parisianaē anni 1586, quae inter alias dedicatio-nes & epistolam Pithoei ad Cuiaciūm Nouellis praemissam sistit addito die Kal. Aug. MDLXVI, cum anno MDLXXI scriptam eam esse, Pithoeanaē editiones omnes vno ore doceant (n. 20. 24.) & ipse sensus epistola eam editionis Cuiacianaē anno tribuere vetet. Eundem errorem & editio anni 1593. & Ritteriana admirerunt.

- 18) 1568. 12. Geneuae ap. Io. Crispinum (Crespin) Iustiniani institutionum libri IV... Leges XII tabularum. Vlpiani Institutionum tituli 29. Caii Institutionum libri 2. prodierunt.

Maittaire l. 1 p. 540. n. (a).

19) 1570. 12. Louanii Gaii institutiones prodierunt.

J. Gothofr. in Bibl. iur. ciu. c. 2.  
§. 2. quem male descripsit Bachius  
P. 478.

\*20) 1571. 4. Paris. ap. R. Stephanum:  
Impp. Theodosii, Valentiniani, Maio-  
viani, Anthenii Nouellae Constitutiones  
XLII nunc primum in lucem editae, Lu-  
tetiae ex officina Roberti Stephani, in  
vico Bellouaco, e regione scholae decre-  
torum. 1571. Cum privilegio Regis.

Hanc ed. recenset Maitairius I. l.  
p. 754. additis tamen verbis: a Pe-  
tro Pithoeo ex sui patris bibliotheca,  
quae defunct in libro bibliothecae  
Gottingensis, licet verissima ea esse  
ex epistola P. Pithoei ad Cuiacium,  
quam huic ed. praefixam supra me-  
moriaimus, appareat. Index No-  
uellarum non eas tantum siflit quas  
edidit Pithoeus edidit enim eas so-  
las quae antea vel plane non, vel  
parum integrae editae erant, quas  
in indice stella notauit, sed sequi-  
tur is ordinem exemplaris Pithoe-  
ani manuscripti, quod 49 nouel-  
larum titulos Theodosio tribuit, e  
quibus 30 inediti fuerant, Maio-

riano vnum in indice 50<sup>mum</sup> dictum  
 eumque ineditum, Anthemio tres  
 eosque omnes ineditos, Valenti-  
 niano vndecim at editos. Ita quo-  
 dammodo numerus nouellarum 34  
 efficitur, quem J. Gothofredus in  
 Bibl p 95. eiusque imitatores Ba-  
 chius l. l. p. 557. & Amadutius Pi-  
 thoeanae editioni a. 1566 tribuunt,  
 quodammodo inquam, sunt enim  
 & tituli duabus vel tribus nouellis  
 constantes. Ipsae nouellae folia  
 47 implent, in quorum postremum,  
 vnumque superadditum Pithoeus  
 emendationes suas reiecit quas tex-  
 tui inserere, quin & in margine  
 adscribere religioni is duxit. Ulti-  
 ma verba haec sunt: Haec ego cur-  
 sim inter relegendum adnotabam  
 Lut. Paris. XVIII Cal. Aug. 1571.  
 Hanc ed. anno 1566 male tribui,  
 ad eum annum supra annotauimus.  
 Nobiscum facit Gothofredus in bi-  
 blioth. p. 95. Brunnquellus l. l. p.  
 163. & Hoffmannus l. l. p. 485  
 qui tamen parum accurate haec scri-  
 bit: "Prodiit idem Nouellarum cor-  
 pus apud Henr. Stephanum Paris.  
 1571. & rursus ex editione P. Pi-  
 thoei Paris. 1609. 4. qui XLII  
 con-

constitutiones ineditas imprimi curauit."

- 21) 1572. 4. Paris. Tituli ex corpore Vlpiani a Pithoeo editi dicuntur.

Bibl. Bodlei.

- 22) 1573. 4. Paris. ap. R. Stephanum. Fragmenta quaedam Papiniani, Pauli, Vlpiani, Gaii, Modestini, aliorumque veterum iuris auctorum ex integris ipsorum libris ante Justiniani Imp. tempora collecta & cum Moysis legibus collata; eiusd. Imp. Justiniani nouellae constitutiones tres; Juliani antecessoris C. P. dictatum de consiliariis; eiusd. Juliani collectio de contutoribus; omnia nunc primum in lucem edita ex bibliotheca P. Pithoei J. C. cuius etiam notae adiectae sunt ex officina Roberti Stephani.

Editio *princeps* est Collationis Legum Mos. & Rom. Titulum editionis seruavit Maittaire l.l. p. 757 quem potius sequor quam J. Gothofredum qui annum 1572 huic editioni tribuit, deceptus ut puto epistola Pithoei ad Christoph. Thuanum Kal. Oct. 1572 data. Schultingius contra in praefatione habet

an-

annum 1574. Caeterum primae Collationis editioni iunctam quoque fuisse primam fragmenti de iuris speciebus & de manumissionibus, testis est Gothofr. in biblioth. c. 2. §. 4. Claudius Puteanus illud Cuiacio communicauerat. L. XVII. Obs. 20.

23) e. a. 4. Basileae per Thom. Guarinum eandem collationem proditiss cum emendationibus Pithoei notis, didici ex Hoffmanno l. l. p. 354.

24) e. a. fol. (Paris.) Henr. Stephani glossaria duo.

Hanc ed. principem libri III. Dosithei magistri, D. Adriani Imp. sententias & epistolas continentis laudat Hoffmann l. l. p. 357. Exigu usus sunt in iurisprudentia hae Adriani constitutiones; eas tamen silentio praeterire noluimus cum Schultingius eas receperit.

25) e. a. Paris. 4. Pauli sententiae prodierunt.

Recensent hanc ed. Lippenius & Schottius, quos non sequerer, nisi eadem & Catal. Bodleianus haberet.

- 26) 1577 Col. 8. Editio Pauli cum interpretatione Cuiacii.

Recensetur in Lippenii bibliotheca.  
Ienichenius annum antecedentem,  
Schottius sequentem, editor me-  
dium ponit.

- 27) 1578. Paris. Vlpiani fragmenta c. notis.  
a Charonda edita sunt.

Codice Steph. Auredani usus est  
Charondas, inde haec ed. priori-  
bus praefat. Eam sero nimis na-  
ctus est Schultingius; & accuratius  
contulit Meermann.

- 28) 1579. (Paris.) Consultatio veteris ICTi  
edita est a Cuiacio in fronte suarum  
Consultationum.

v. epist. ad IAC. GUESLAEUM con-  
sultationibus in operibus CUIACIT  
praemissam; ex qua errorem in  
indice chronologico Fabrottianae  
editionis iam emendauit Neapol-  
itana. Editio princeps est, eiusque  
exspectationem mouerat CUIACIUS  
libro Obseruationum VII. qui pro-  
diit anno 1564, Obs. 26., anno  
superiori ab ANT. LOISELLO fe-  
eam consultationem accepisse nar-  
rans.

- 29) a 1573. ad 1579. Anno quodam inter medio prodiit Cuiacii Obseruationum Liber XVI cui tres nouellas antea ineditas debemus, in Obs. 22 & 23. receptas.

Indici chronologico operum Cuiaci, quem NUBLAEUS congesit imputandum est quod hoc scimus at annum ipsum nescimus. Is enim nos docuit anno 1573 prodiisse librum XIV, anno 1579 XVIII; liber ergo XVI de quo iam quaerimus illo anno iunior, hoc vero antiquior esse debet. Vnam nouellam vel potius partem vnius noueliae priorem Cuiacius inuenit ad glutinatam inuolucro libri cuiusdam theologici, diuque dubitatum est sitne VALENTINIANO an MARCIANO tribuenda, donec nostra deimum aetate ex Codice Ottoboniano pars posterior prodierit, omnemque constitutionem VALENTINIANO vindicauerit. Reliquas duas editores alii inter Theodosianas, alii & melius quidem inter Valentinianas receperunt.

- \*30) 1580. (Paris.) 8. (ap. H. Stephanum)  
Iuris ciuilis fontes Et riui Iurisconsultorum

rum veterum quidam loci, ex integris eorum voluminibus ante Iustinianum excerpti. Henr. Steph. lectori, dum meam totius iuris civilis editionem expectas (quae quanto serius, tanto utilius operam tibi nauabit, viamque multo solita breviorem atque expeditiorem ad haec studia aperiet) nouum hunc libellum, velut editionis illius arrham, praemitto.  
Anno MDLXXX.

Recenset hanc editionem MAITTAIRE l. l. p. 780. at titulo non nihil immutato. Quae enim apud eum leguntur: *ex Papiniani, Pauli, Vlpiani, Caii, Modestini integris libris aliorumque veterum iuris auctorum collatio legum Mosaycarum & Romanarum ante Iustiniani imp. aetatem inde sumpta.* Non in fronte totius libri *Iuris ciu. f. & r.* ab auctore vel compilatore H. Stephano dicti, qui praeter praefationem 96 paginis constat sed tanquam appendicis cuiusdam paginas 63 impletis nouus titulus apparent. In extrema pagina emendationes PITHOEI, duae etiam anonymi ICTI adduntur.

- \*31) 1583. 12. Geneuae ap. Jac. Stoer: *Imp. Iustiniani Institutionum libri IV. Notae ad easdem institutiones Dion. Gothofredi ICti.* Qui auctores, quiue tituli & indices iisdem institutionibus adiuncti sint, sequens pagina indicabit. Cum priu. Regis Gall. ad decennium.

Eodem anno quo corpus iuris ciuilis curavit Gothofredus hoc veluti specimen notarum suarum edidit. Huius loci non nisi alterum volumen est, proprio titulo distinctum, paginis 228 constans praeter indicem titulorum & rerum: Historia iuris a Iustiniano compositi. Tit. Dig. de O. I. Fragmenta Legum XII Tab. .... Vlpiani fragmenta, Tit. 29. Gaii Instit. libri II. Notae Dion. Gothofredi I. C. ad superiores auctores. Cum duobus Indicibus copiosissimis. Casu quodam effectum est ut haec potissimum fragmenta selegerit, alia vero similima v. c. Pauli receptas sententias neglexerit Gothofredus. Editionem Lugdunensem anni 1566 secutus est. Vtrumque seruarunt & posteriores corporis I. C. Gothofredi editiones, quas hic recensere nil

nil attinet. Id vero notandum, a quibusdam & Caium & Vlpianum neglectos esse, forte dum ad finem longi operis properantes omnia reseca- rent sine quibus integrum tamen Corpus iuris dici posset.

- 32) 1583. 12. Crispini institutionibus ad- dita sunt iuris civilis initia & progres- sus in quibus & Caius apparat.

SCHOTT ad *Lippen*, haec notat.

- \*33) 1584. fol. *Venetius* (ap. Franc. Zile- tum) *Tractatus universi iuris*, Duce & auspice Gregorio XIII. Pontifice Maxi- mo in unum congesti additis quam pluribus antea nunquam editis hac \* nota designa- tis, XVIII materias, XXV Volumi- nibus comprehendentes....

In hac collectione, quam vulgo Tractatum Tractatum dici notum est, eiusque Tomo primo in cuius fronte hic titulus legitur: *Tractatus illustrium in utraque tum pontificii tum Caesarei iuris facultate Jurisconsultorum de iure cognoscendo & interpretando*,... exstant quoque ea omnia, quae ad a 1555. num. 11. supra recensui- mus, ergo & VLPIANI fragmenta cum notis CHARONDAE & CUIACHI, haec quidem a p. 271, b. col. 2. ad p. 279.

L

b. col.

b. col. 2. Errabit ergo quisquis à NETTELBLADTIO in app. III. ad Initia historiae litterariae iuridicae sibi persuaderi patietur, VLPIANUM ipsum quidem in Thesauro Meermanniano, at in Tractatu Tractatum solas CUIACII ad VLPIANUM notas contineri. Caeterum asteriscus VLPIANO praepositus non id docet eum prorsus ineditum fuisse, sed tantum in collectione antiquiore desiderari.

- \*34) 1586. fol. Paris. ap. Seb. Niuellium: Codicis Theodosiani libri XVI. Imp. Theodosii, Valentiniiani, Martiani, Maioriani, Leonis, Seueri & Anthemii Nouellae Constitutiones. Tituli ex corpore codicis Gregoriani. Tituli ex corpore codicis Hermogeniani. Adiectae sunt suis locis Aniani V. S. interpretationes. XII tabularum fragmenta. Fragmenta ex libris Institutionum Gaii. Eiusdem Gaii Institutionum epitome. Volusii Miciani de Aſſe liber singularis. Fragmentum ex Papiniani libro I Responorum. Julii Pauli Sententiarum receptarum libri V cum Aniani interpretationibus. Eiusdem Pauli fragmentum ex libro II. Institutionum. Domitii Vlpiani Regularum liber singularis. Fragmentum ex Modestini

ftini libro III regularum. *Lex Dei, siue Mosaicarum & Romanarum legum vetus collatio. Consultatio veteris cuiusdam IC. Fragmentum ex Dosithei magistri Grammatica. Stemma quemadmodum hereditates lege redeant. Burgundionis IC. qui Papiani responsorum titulum praefert, liber. Notae Juris a Magnone collectae. Notae Juris ex Valerio Probo. Omnia ex veteribus libris antiquiora aut emendatiora Parisiis apud Sebastianum Niuellium, sub Ciconiis, via Jacobaea MDXXCVI. Cum privilegiis Caesareae & Regiae Manifestatis.*

Justis laudibus hanc ed. effert SCHULTINGIUS, neque nos dubitamus eam optimam dicere omnium, quae in manus nostras venerunt vniuersos hos fontes complexae. CUIACII nomen ea non praefert, & satis imbecillum est argumentum quo SCHULTINGIUS docet eam a CUIACIO profectam esse, epistola CUIACII ad REDINGERUM. Eadem enim est quam praemisit editioni Lugdunensi 1566, quam describere facili negotio quisque potuit, yti & descriptae sunt epistolae CUIACII ad RANCONNETUM (v. n. 13.) SICHARDI ad FERDINANDUM,

BUM, (n. 3.) TILII ad BERTRAN-  
DUM & ad lectores, (n. 7.) PI-  
THOEI ad CUIACIUM (v. n. 20.) BOU-  
CHARDI ad PRATENSEM (v. n. 2.)  
TILII ad RANCONNETUM (v. n. 5.)  
PITHOEI ad THUANUM & ad Lecto-  
res (v. n. 22.) At Cuacianam esse  
hanc ed. docent priuilegia RUDOL-  
PHI II & HENRICI III. de CUIACI  
Operibus impetrata, hic vero post de-  
dicationes posita. Neque hoc silen-  
tio praetermittendum puto in mar-  
gine paginae 73. ad Cod. Th. IV.  
13. const. 2. legi allegationem  
“Cuiac. 18 obs. c. 28.” at papyro eam  
obductam esse; licet eo loco CUIA-  
CIUS reuera emendationem istius con-  
stitutionis proposuerit. Alius tamen  
quidam ICtus huic editioni praefue-  
rit necesse est, admonitiones enim  
ad lectorem indici & fragmentis XII  
tabularum adiectae Parisiis datae sunt,  
vbi tunc temporis CUACIUS non com-  
morabatur, licet a. 1582 Parisiis eum  
fuisse documenta publica vitae eius  
adiecta doceant, & auctorem ostendunt  
anonymum. Constat haec editio  
duabus partibus quarum utraque su-  
um paginarum numerum & folio-  
rum signa habet, & titulus libri am-  
babus

babus idem est. Priorem partem  
 Codices & nouellae constituunt, po-  
 steriorem fragmenta ICtorum. Prae-  
 cedit index titulorum in quos consti-  
 tutiones digestae sunt, duplex; al-  
 ter seriem librorum, alter litterarum  
 seruat. Post exemplar auctoritatis  
 sequuntur paginae 644. plenae con-  
 stitutionibus, inter quas hic & titu-  
 lis sextus libri primi de officio vica-  
 rii legitur, at breuissimus. Nouellae  
 pleniores multo sunt, quam in vlla  
 anteriore editione, at in his tamen  
 editoris diligentiam maxime deside-  
 ramus. Primo nusquam admonetur  
 lector vnde sumtae sint nouellae, de-  
 inde in indice describitur quidem,  
 suppresso nomine, id quod PITHOE-  
 US dixerat, se ordinem libri sui ma-  
 nuscripti, parum probabilem sequi,  
 at non nisi in nouellis THEODOSII  
 secundi Pithoeanus ordo seruatus est,  
 ita vt vel ea Nouella quam PITHOE-  
 US ipse VALENTINIANO tribuerat,  
 hic quoque inter Theodosianas relata  
 sit, caeterum adduntur Nouellae 50 &  
 51 de aduocatione Afris concessa &  
 de iure nundinarum, quae certe in  
 Pithoeano libro non apparebant a  
 CUIACIO libro XVI. Obs. 22. & 23.

editae, & nouellae reliquorum imperatorum eo ordine sequuntur quo in editione Lugdunensi anni 1566, praeterquam quod Nouellae VALENTINIANI 13, 14 & 15 desint, quippe Theodosianae effectae, additae vero sint quas PITHOEUS primus edidit Nouella MAIORIANI vna, hic nona, tresque Anthemianae, addito & nouellarum Marciani quinto titulo de aduocatis non perpetuandis alibi inscripto, hoc quoque in CUIACII Observationibus l. l. primum edito. Eo igitur ordine quo Nouellae hic leguntur, quidquid PITHOEI verba huc male relata significare videantur, in nullo omnino codice manuscripto apparent. Is vero est ut THEODOSII 51, VALENTINIANI 12, MARTIANI 6, MAIORIANI 9, SEVERI 2, ANTHEMII vero 3 tituli sint, fere omnes singulis constitutionibus absoluti. Codex GREGORIANUS tribus titulis auctior est ac in ed. Lugdunensi, Codex HERMOGENIANUS vero idem. Sequitur sine pagina-  
rum numero Magistratum, dignita-  
tum caeterorumque vocabulorum in-  
signiorum index, index capitum ca-  
nonisatorum, tandem chronologia  
consti-

constitutionum collata cum codice Justinianeo. Pars posterior hunc titulum prae se fert: Veterum ICtorum reliquiae, quibus praeponuntur XII tab. fragmenta. Indicem titulorum haec quoque habet duplicem, quem statim excipit, forte culpa bibliopegi in nostro tantum libro, index rerum & verborum. Fragmenta XII tab. quatuor paginas rubris nigrisque litteris distinctas efficiunt. Paginarum numerus a CAIO incipit, 152 sunt, quibus adduntur non numeratae eae, quas notae iuris sibi vindicant. Series fragmentorum in titulo voluminis expressa, seruatur. GAI<sup>I</sup> Institutionum nomine veniunt duo fragmenta quae BOETHIO debemus ab editoribus antea neglecta. GAI<sup>I</sup> Institutionum epitome dicitur, quidquid Gothi seruauerunt. PAULI sententiis nunc primum additae sunt eae, quas ex Codice Vesontino depromtas CUIACIUS libro Observationum XXI inferuerat, in nostra editione stellula insignitae v. c. Libri II. Titulus 21. A. ad SC. Claudianum, maxima pars Tituli 26 de adulteriis &c. VLPIANI fragmenta & titulum veriorem nacta sunt, & bene

lacunarum supplementa ex coniectura, varietate litterarum denotantur. Meliores lectiones quas ex ipso Tiliiano codice, editionis principis fundo CUIACIUS protulerat Lib. XVII. Obs. 28. receptae sunt, ita ut hac quoque in re longe praefet haec editio Lugdunensi. Prima est in qua Tit. XXII. §. 6. legatur *Sipelensim* pro *Cybelem*. Collatio LL. Mos. & Rom. nomine auctoris caret; in margine haec leguntur: Reponi possunt suis quibusque libris & titulis quae hic referuntur ex C. Gregor. & Hermogeni simul ex Sententiis Pauli & regulis Vlpiani. Ex DOSITHEI Magistri Grammatica sumtum est fragmentum Latinum de iuris speciebus & de manumissionibus. Stemma quemadmodum hereditates lege redeant idem est quod & CUIACIUS Libro VI. Observationum addidit. De PAPIANI responsis illud notandum, abesse ab iis titulum PAPINIANI quippe suo loco positum. — Caeterum nec haec editio notis instructa est, in margine tamen varietas lectionum, auctore non laudato, adscribitur, & si locum corruptum sine nouis codicibus sanari posse editor desperauit stellulam

Iulam in ora lineae posuit. At quo plura emendauit vel suppleuit haec editio, eo magis dolendum est de editore, eiusque subsidiis ne verbum quidem adiici.

- 35) e. a. 4. Aureliae Allobrogum s. Geneuae. Codex Theodosianus prodiit, Cuiacii nomine.

Hanc editionem eandem prorsus esse cui nouus titulus anni 1593 praefixus sit, SCHULTING in praefatione ait, quem fecutus est AMADUTTIUS in praef. p. 4. HOFFMANNUS tamen, qui utramque contulit. l. l. p. 480 esse aliquam differentiam, in Aurelianana non nisi 17 Nouellas Theodosii, in Lugdunensi postea recensenda 48 (rectius: Nouellarum *titulos*) plures quoque reliquorum Imperatorum constitutiones legi; Illam carere & Indice magistratum, & Chronologia constitutionum, & notis iuris, quae omnia habet Lugdunensis; At non esse haec argumenta nouae editionis, quippe usque ad p. 538 omnia conspirare & insertis XVI foliis inter paginam 550 & 551 arcanum prodi. Nullus dubito in fine primae numerationis eodem modo paginas

L 5

addi.

additas esse; sunt enim 598, in quibus & Nouella nona MAIORIANI de adulteriis & Nouellae tres Anthemianae leguntur, quas ab initio defuisse index docet, quanquam id negare videatur HOFFMANNUS l. l. p. 486. dum scribit, in Nouellis MARCIANI, MAIORIANI, SEVERI & ANTHEMII Aurelianensem & Lugdunensem ed. conuenire. Ergo res eo redire videtur. Cum animadverteret bibliopola Aurelianus suam editionem parum probari, Parisiensique eiusdem anni ab emitoribus postponi, quod nitidior, & accuratior & locupletior haec esset, exemplaribus nondum diuenditis cum neque formam externam editionis mutare, neque vitia tollere salua substantia posset, ea certe addidit quae Parisensis sola habebat, nouoque titulo emtores vel recentissimae cuiusque editionis cupidos, vel editionum omnium collectores allicere studuit. Cum Nouellarum THEODOSII in Parisina sint tituli 51, hic 48 effecti sunt, titulum enim 35, 37 & 39 inter Valentinianeos dederat editor Aurelianensis neque omittere voluit Lugdunensis editor. At non animad-

aduertit impostor titulos Parisinae  
ed. 50 & 51 aequo exstare inter suos  
VALENTINIANI nomine insignitos;  
ergo altero loco eos retinuit, altero  
recepit, ita ut iam bis apud eum le-  
gantur. Titulus MARCIANI quin-  
tus hic VALENTINIANI est post  
XVtum primus. Nos priorem huius  
editionis titulum nunquam vidimus,  
licet possideat certe possederit eum  
bibliotheca Göttingensis, secundum  
suo anno adscribemus. In illo Cuia-  
cium nominari ait Schulting.

- 36) 1589. 8.... ap. Vignon. Editio VI.  
piani cum notis prodiit. Catalogus eam  
sistit Bodleianus.

- \*37) 1591. 12. Francofurti ad Moen. ap.  
Feyrabendt: Imp. Caes. Justiniani Insti-  
tutionum libri IV Adnotationibus ac no-  
tis doctiss. scriptorum illustrati Et adanci  
Quibus adiunximus appendicis loco LL.  
XII Tab. explicatas, Vlpiani Tit. 29 ad-  
notatos, Caii libros II Inst. Titulos tracta-  
tusque Jur. Ciu. studio in primis neces-  
sarios. Studio Et opera Jo. Crispini At.  
Nouissime acceperunt adnotationes ....  
Jul. Pacio IC. auctore, excudebat Jo.  
Feyrabendt, impensis heredum Sigism.  
Feyrabendt.

Idem

Idem fere est consilium huius editionis quod D. Gothofredus n. 31. sibi proposuit. Distincta est in 3 volumina, quorum secundum Juris civilis Rom. initia & progressus dictum XII tabulas, Vlpianum & Caium sistit. Totius operis initium faciunt epistola Jul. PACII tum praemissa cum Eust. Vignon illud typis repeteret, (quorum sine dubio spectat n. 32.) & prefatio Crispini. v. supra n. 18.

- \*38) 1593. 4. (verum oblongiori forma)  
*Lugduni ap. Franc. Fabrum: Codicis Theodosiani libri XVI, itemque Impp. Theodosii, Valentini, Martiani, Maioriani, Leonis, Seueri & Anthemii Novellae Constitutiones. Tituli etiam ex corpore Codicum Gregoriani & Hermogeniani adiebitis suis quibusque locis Aniani V. S. interpretationibus. Accesserunt praeterea varia veterum iuris auctorum opuscula tam ex editione Aurelianensi quam ex Parisiensi postrema supplemento adiecta. Quorum elenchem decima sexta pagina indicat.*

Vtимur libro bibliothecae Gottingensis, qui antea H. CONRINGII fuit, manu domini & emendatus & illustratus, at in solis fere dedicationibus.

bus. Eaedium sunt, quas & Parisiensis editio anni 1586 siflit, turbato tamen ordine, v. c. post TILII ad RANCONETUM epistolam sequitur elenchus auctorum, deinde BOUCHARDI epistola ad PRATENSEM. Index titulorum idem est, qui & in Aurelianensi fuerat, sed additae sunt binae paginae ita inscriptae: Tituli Nouellarum D. THEODOSII in indice omitti, & post pag. 538 restituti, dein: Tituli Legum Nouellarum D. ANTHEMII A.

Codex Theodosianus & Nouellae paginas 598 efficiunt, praeter XVI folia clam inserta. Secunda numeratio a C. Gregoriano incipit, pergit ad paginam 175 usque. Reptitiae sunt suis locis TILII ad RANCONETUM, & PITHOEI ad THUANUM epistolae, ita ut iam bis in eodem volumine legantur. Indicem magistratum, chronologiam legum, indicemque rerum, quae in fragimentis reperiuntur ad finem voluminis typographus adiecit. Charta parum nitida est, vt solent fere eam negligere furtui meliorum editionum aemulatores. Quam vero potissimum sibi ad imitandum proposuerit editor  
Gene.

Geneuensis a. 1586 dubium est, cum in multis oppido falsis vel peioribus certe, cum editione Lugdunensi anni 1566 faciat, in aliis tamen ab ea discedat editionem Parisiensem a. 1586 fecuturus. Illud accidit v. c. in indice titulorum C. Th. libri 4 a quo abest Tit. 9. ad SC. Claudianum, in indice Nouellarum VALENTINIANI III. desideratarum, quem in calce exstantium repetiit, in CAII Institutionibus vbi frustra quaesie-  
ris fragmenta Boëthiana, in frag-  
mento ex PAULI institutionibus omis-  
so, in primis VLPIANI verbis neque  
typorum forma, neque stellula (quam  
tamen adiecerat Lugd. 1566) a ge-  
nuino VLPIANO distinctis, in rubro  
tituli 13 *de cele orbo &c.* dum PA-  
PINIANUM cum PAPIANO in vnum  
conflat, aliisque multis. Cum ed.  
Parisiensi conueniunt haec fere: pri-  
mo numerus titulorum libri quarti  
in C. Th. ipso, dein PAULUS ex  
codice Vesontino suppletus, VLPIA-  
NUS ex codice Tiliano. Nouellas  
tres, quas ediderat CUIACIUS Libro  
XVI. Obsl. 22. & 23. haec ed. rece-  
pit, neque tamen ex Parisina demum,  
additae enim sunt Valentinianis om-  
nes

nes, numero non distinctae, ita ut titulum 15 exciperent. Noua & fastis inepta quoque rubrica secundae ex iis adscripta est: De Afris, Vandalis, Alanis.

Habet haec ed. & alias proprias dotes, in quibus priores omnes, si Diis placet, vincat. Locupletati sunt Codices Gregorianus & Hermogenianus iis constitutionibus, quas ex Consultatione veteris ICti, ex collatione LL. Mos. & Rom., quin & ex scholia de basilicorum corradere licuit, laudatusque est eam ob causam editor a POHlio in comm. hist. de hisce codicibus p. 53, neque ego illum culparem, modo auctores suos edidisset. At tunc animaduertissent omnes eadem fere & in reliquis editionibus legi alio tantum loco. In calce CAII, ut sibi parum constat editor, satis habuit indicasse tria fragmenta in PAPIANO obuia. PAULUM vero ex Consultatione & Collatione pleniorem fecit, VLPIANUM ex collatione. Collationem LICINIO RUFINO ubique tribuit.

Verbo sufficiat notasse LIPPENII errorem, neque in nouissima editione emen-

emendatum, hanc ed. SICHARD<sup>O</sup>  
tribuentis.

39) 1594. 8. Norimbergae Conr. RITTERS-  
HUSIUS PAULI rec. sententias edidit  
cum notis.

Dicata est LUDOVICO CAMERARIO  
haec editio, in qua eum sinem sibi  
proposuerat RITTERSHUSIUS, ut  
omnia, quaecunque ex PAULI sen-  
tentiis supereffent, siue in Pandectis,  
siue in compilatione Gothorum, siue  
in collatione, consultatione &c. in  
vnum conferret perpetuoque com-  
mentario illustraret. Utilessimum con-  
silium duas praesertim ob causas mi-  
nus prospere cessit, primo quod  
PAULI libros sententiarum imperia-  
lium non distinxit a libris sententia-  
rum receptarum, deinde quod has  
iuris antiqui reliquias cum vnu forensi  
conciliare ad eumque aptare nimis  
laborauit. Librum diu frustra qua-  
sitem tandem nactus est SCHULTING.

40) 1595. fol. Francofurti ap. Aubrios.  
CUIACII opera prodierunt, in his & VL-  
PIANUS & PAULUS & Consultatio.

Fidem huius ed. fecit editio ad a.  
1623. commemoranda, quae hanc  
in

in omnibus  
monitionis  
VELI,  
CUIACII  
pellent  
tam et  
facionem  
scripta  
nomine  
obligata  
quoniam  
index ch  
but ed  
quod  
ex

41) 1599.  
rum PA

Hanc  
dicit  
& i

42) 1600. 1  
Cottii C  
Huius An  
Menin  
et que  
men  
peric

in omnibus secuta videtur. Testimonium THUANI, PUTEANI, OSSELII, N. FABRI & P. PITHOEL, CUIACIUM opera, quae postuma editi possent, abdicasse, affirmantium, datum est a. 1594. at typographus præfationem Non. Apr. anni 1595. scripsit. Videtur haec editio & eo nomine commendanda, quod libros obseruationum, qui post XXIV sequuntur, ea prima addiderit. Certe index chronologicus huic anno tribuit editionem huius operis postumi, quod solum a CUIACIO agnatum esse ex eodem testimonio discimus.

- 41) 1599. 12. Auarici s. Aureliae prodierunt PAULI receptae sententiae.

Hanc ed. GOTHOFREDUS similem dicit Rittershusianæ, ordine tamen & indice alio.

- 42) 1600. Venetiis ap. Franc. de Francise, Ciotti CAII Institutiones cum notis HIER. ALEANDRI prodierunt.

Meminit huius ed. J. GOTHOFREDUS, eaque usus est SCHULTING, qui tamen annum 1600 male annum superioris seculi primum dixit.

\*43) 1601. 8. (Geneuae) excudebat Petrus de la Rouiere: *Dosithei Magistri Liber III continens D. Adriani Imp. Sententias & Epistolras. Melior Hamenuelto Goldastus maximam partem auxit, emendauit, illustravit.*

Adhibuit Codicem monasterii S. Galli, quo iam usus erat CUIACIUS. Librum GOLDASTI suo inseruit SCHULTING. Geneuae eum prodidisse GOTHOFREDUS ait: Constat paginis 72, iunctusque est S. VALERIANI Cimelensis episcopi de bono disciplinae sermoni, qui ab eodem GOLDASTO eiusdem typographi ope, eodemque anno est editus.

\*44) 1603. fol. (Geneuae) in bibliopolio Commeliano: *Mosaicarum & Rom. LL. Collatio accessit lex Dei moralis ..... a Th. Beza Vezelio.*

Bezae opus non tam accessit quam praemissum est, antiqua enim illa collatio a p. 96. demum incipit.

45) 1607. fol. Paris ap. Seb. Nuellium Codex Theodosianus prodiit.

Editio Paris. 1586. hoc anno repetita videtur. Laudat hanc ed. vt nitidissimam Ritterus l. l. at quae tanquam

quam noua additamenta refert XII  
tab. Caii Inst., Pauli Inst. fragm.  
Modestini fragm. Dositheum, &  
stemina, omnia haec iam vidimus in  
editione a. 1586. Ergo quid pae-  
ter titulum intersit inter duas has edi-  
tiones nescio.

- \*46) 1609. 4. Paris ex off. Niuelliana ap.  
Seb. Cramoisy, via Jacobaea sub cico-  
niis: *Petri Pithoei opera sacra, iuridica,  
historica, miscellanea. Cum priu. Re-  
gis.*

A p. 73 ad p. 125 legitur Collatio  
& quae ei iungi solebant, dein ad  
p. 193 notae PITHOEI quibus addi-  
tum est fragmentum de iuris specie-  
bus. A p. 197 ad p. 274. repetita  
est editio nouellarum (n. 20.) ita ut  
in fronte vel hoc descriptum sit, eas  
nunc primum in lucem edi. HOFF-  
MANNUS l. l. p. 355. hanc operum  
Pithoei editionem JOSIO MERCERO  
tribuit, at in dedicatione ad THUA-  
NUM pro collectore se gerit CAROLUS  
LABBAEUS.

- 47) 1609. . . Hanouiae. Nouellas Ritters-  
husius edidit

Laudat hanc ed. RITTERUS in praef.  
ad Partem II Tomi VI, & conspirat

M 2

annus

annus in dedicatione scriptus. Quae de ipsa editione dicit, eadem fere sunt, quae nos statim ad a. 1615 memorabimus.

\*48) 1615. (a) 8. Francofurti ap. Egenolph. Emmelium : *Nouellae constitutiones Imp. JUSTINIANO anterorum, ut, THEODOSII, VALENTINIANI, MARTIANI, MAIORIANI, SEVERI, LEONIS & ANTHEMII, nunc primo in unum corpus collectae & iunctim editae: ex noua recensione & emendatione CUNRADI RITTERSHUSII IC. & Antecessoris Altorphini cum eiusdem notis.*

Epistola RITTERSHUSII ad MARQ. FREHERUM iam data est mense Januario 1609. Patet ex ea, codices manuscriptos nullos plane eum habuisse, sed interlectiones de nouellis JUSTINIANI (quibus Jus Justinianum s. nouellarum methodicam expositionem debemus) ipsum animaduertisse, frustra

(a) Calamo lapsum putarem AMADUTIUM, qui annum 1651 scripsit, neque me mouet quod idem & BACHIUS l. l. p. 558. habeat licet hic formam quoque libri aliam, quartam nempe dicat, est enim in his rebus parum diligens scriptor. Secutus videtur BRUNQUELLUM l. l. p. 163.

frustra quaeri ab auditoribus exemplaria nouellarum harum anteriorum, quas illustrationis causa commendauerat; disiectas eas esse vel ad C. Theodosianum vel in peculiari quadam mantissa P. PITHOEI, ergo se primum earum colligendarum cepisse consilium. Pollicetur & tertium Nouellarum volumen, eas complectens, quas successores JUSTINIANI ediderint. Liber de quo nunc agimus pag. 264. constat, solasque nouellas ipsas, addita tamen Gothorum interpretatione exhibet. Notae RITTERSHUSII frustra aliquantum quaeſiui, donec animaduerterem, notas dici paucissima verba in ora paginarum, ne omnium quidem, quibus vel lectionem variante tradit, vel monita politica e nouellis eruit bonus RITTERSHUSIUS, qui vel *ad exemplum prodeſſe* Nouellas suas putat, *ſi forte ſimilia tempora ſimilem legum innovationem fieri fuerint.* Singulorum Imperatorum constitutiones singulos libros efficiunt. Liber primus ſiftit Nouellas THEODOSII, primo quidem eas quas habet editio Lugdunensis anni 1566, deinde vero Pithoeanas ita ut ordine valde turbato exſtent v. c. duo tituli plane diuersi

M 3

eodem

eodem numero XVI insigniti. Idem seruauit & in nouellis VALENTINIANI, quibus tamen vel abstulit numerum PITHOEI, vel mutauit. Quo magis indicem nouellarum Pesideraueris. In constitutionibus reliquorum Imp. non distinguitur, sintne iam olim editae, an a PITHOEO demum in lucem prolatae. In THEODOSII nouellis titulos Lugdunensis editionis 13 & 15, Pitheanae vero 19 & 31 multo integiores statim suppleuit RITTERSHUSIUS dum eas recudi curavit quae exstant in ed. Lugdunensi. Omnes quae apud PITHOEUM nouellam 30 sequuntur, THEODOSIO tributae, RITTERSHUSIUS ad Valentinianum translatis. Editionem Codicis Th. Parisiensem 1586 non vidit RITTERSHUSIUS, alias non dixisset se primum Nouellas in unum corpus coniunxisse, cum ibi etiam pleniores appareant, additis Nouellis Theodosianis 50 & 51, quas apud RITTERSHUSIUM frustra quaesieris.

\*49) 1623. fol. Francofurti ap. Dan. & Dau. Aubrios & Clem. Schleichium: JACOBI CUTACII Icti opera, quae de iure fecit & edi voluit. Ab ipso auctore postremum recognita & libris quibusdam aucta.

In

*In tomos quatuor distincta, quorum Catalogus & Capita a facie cuiusque tomī, excepto primo, qui post praefationem illa tradit, continentur. Additi sunt indices quinque omnium copiosissimi. Caetera quae aliunde ex eius recitationibus studiorum diligentia varie exceptis, publice hactenus exposita sunt aut posthac exponentur, Author pro suis non agnouit quin & edi prohibuit. Nunc denuo ac tertio post accuratam diligentemque recognitionem, ab innumeris, quibus scatebant, mendis, repurgata ac restituta. Cum priu. S. C. M. & Reg. Christ.*

Huius potissimum editionis e pluribus Francofurtensibus, quarum prima a. 1595 prodiisse videtur, titulum descripsimus, quod ea sola ad manus fuit. Sistit VLPIANUM a col. 133. PAULUM a col. 171 ad col. 278. utrumque vero ad fidem editionum, quas CUIACIUS curauerat vel curari passus erat, prius quam Codici Theodosiano ea omnia emendatoria & locupletiora adiungeret. Consultatio legitur a col. 345. ad col. 364. eiusdem Tomi primi.

50) 1656. 8. Heidelbergae ap. Sam. Broun  
bibliopolam Anglicum: *Mosaycarum &*  
M 4 *Roma.*

Romanarum legum collatio ex integris Papiniani... aliorumque veterum iuris auctorum libris ante tempus Justinianii Imp. desumpta, eiusdem Imp. Justinianii Nouellae const. III. Juliani (v. supra n. 22.) Ex bibliotheca P. Pitheoi IC. cuius etiam notae emendatores subiectae sunt.

Sequitur haec editio aliam, forte n. 30. ex qua etiam typographi admonitio descripta est, notas prodire emendatores, neque P. PITHOEUM id moleste laturum esse. Quae ridicule prorsus sexaginta fere post PITHOEI obitum annos repetuntur quasi nunc demum dicerentur. Usus est hac editione CANNEGIERER.

\*51) 1658. fol. Paris. ap. societatem librorum officii eccles. Jacobi Cuiacii IC. praestantissimi opera omnia in X tomos distributa. Quibus continentur tam priora, sive quae ipse superstes edi curauit; quam posteriora sive quae post obitum eius edita sunt, vel nunc primum prodeunt. Editio noua emendatior & auctior caeteris omnibus, quae ante prodierunt. Opera & cura Caroli Annibal Fabrotti 1C.

Sistit haec editio in Tomo I. VLPIANUM a col. 297 ad col. 348. secuta editionem anni 1554. (n. 10.) cui pau-

paucissimae notulae ex libro CUIACII  
accesserunt. Leguntur ergo fra-  
gimenta eo ordine, quem CUIACIUS  
iam a. 1566. repudiauerat. VLPIA-  
NUM excipit PAULUS ad col. 514. vs-  
que. FABROTTUS expreslit ed. anni  
1599. (n. 41.) forsan & in eo quod  
asterisco notata esse, ait, quae nunc  
primum accesserint. Consultationem  
veteris ICti leges a col. 639. ad col.  
650.

\*52) 1658. 8. Lugduni Bat.: ex off. Petri  
Leffen, *Caii Juris consulti antiquissimi e  
libris quatuor Institutionum quae super-  
funt Jacobus Oiselius IC. ex parte col-  
legit, digestis & notis perpetuis illusira-  
uit.*

Praeter dedicationem & prolegome-  
na sex fere partibus haec ed. constat;  
quarum prima in paginis 64. omnia  
CAII fragmenta vndique collecta &  
ab editore digesta sifit, secunda pa-  
ginas 120 implet notis OISELII ad  
Librum I., tertia paginas 122, notis  
ad librum II., quarta 104 paginis  
librum III., quinta paginis 33 librum  
quartum illustrat, tandem indicem  
rerum excipit sexta pars in qua, ne quid  
desit, CAIUM Gothorum legimus.

M 5

Non

Non emendarem SCHOTTII errorem  
hanc ed. ad annum 1685 referen-  
tis, nisi is data opera Lippenium qui  
annum 1658 recte posuerat emen-  
dare se posse credidisset.

\*53) 1665. (a) fol. VI Vol. suintibus Jo. Ant.  
Huguetan & Marci Antonii Ravaud:  
*Codex Theodosianus cum perpetuis com-  
mentariis JAC. GOTHOFREDI viri senato-  
rii IC. huius seculi eximii. Praemittuntur  
chronologia accuratior cum chronico  
historico & prolegomena: subiiciuntur  
notitia dignitatum, Prosopographia,  
topographia, index rerum & glossarium  
nomicum; opus postumum diu in foro &  
schola desideratum: recognitum & ordi-  
natum ad usum Codicis Justinianei.  
Opera & studio ANTONII MARVILLII  
Antecessoris primicerii in uniuersitate Va-  
lentina. Cum priu. S. Caes. Mai. & Re-  
gis Christianissimi.*

In vulgus notum est obiisse JAC. GO-  
THOFREDUM, virum cui tantum hi-  
storia iuris Romani debet quantum  
an & alteri nescio, Geneuae a. 1652.  
Is per 30 fere annos in Codice Theo-  
dosia-

(a) Male AMADUTIUS, JENICHENIUS, BRUN-  
QUELLUS aliique annum 1668 huic ed. affi-  
gnant, BACHIUS vero annum 1648. (l. l. p.  
557.)

dosiano restituendo, illustrando & ad historicum usum praeparando versatus erat, iamque anno 1645 privilegium regis Galliae de eo impretrauerat. At morte praeuentus omnia haec in schedis reliquit; eas MARVILLIUS sibi comparauit & edit, ab ipso GOTHOFREDO admonitus ut tale officium sibi aliquando praeflaret, si tamen fides habenda est eis, quae MARVILLIUS in fine praefationis sua refert. Immortale opus est quod GOTHOFREDUS perfecit, in quo neque praeiuit ei quisquam, neque eius vestigia premere ausus est. Nemo codicem Theodosianum illustrare studuerat; qui primus id consilium cepit ita quoque perfecit ut praeter spicilegium nil prorsus superesse videretur. Prudentissimo instituto separauit quae ad singulas constitutiones dicenda essent, in *notas* coniecit varietatem lectio-  
nis, emendatores, collationem cum codice Justiniane rep. prael. & allegationem earum constitutionum quae ex eodem fonte manauerint, in *commentario* autem constitutionis men-  
tem eruit, eius varias sanctiones ex-  
posuit, dubiaque de ea mota soluit.  
Quod ad ipsius textus recensionem  
adti-

adtinet, dolendum sane est abesse omnem GOTHOFREDI praeformationem vel dedicationem in qua sine dubio de subsidiis suis nos certiores fecisset, MARVILLIUM vero satis perfunctio-  
rie de iis loqui. En eius verba: *Sup-  
plet & varias lectiones ex Sichardi,  
Tili, Cuiacii, Puteani codicibus.* Ex his viris tres priores codicem Theodosianum, ut supra memorauimus, ediderunt, quorum igitur an Gothofredus solas editiones an libros quoque, quibus vñ erant, manuscriptos adhibuerit, non liquet, illud tamen verius videtur. At de PUTEANI editione nusquam mentionem fieri animaduerti praeterquam ab HOFFMANNO qui l. l. p. 480. ait laudari & PUTEANI editionem sibi tamen non visam, quod vtrum hoc tantum MARVILLI testimonio valde dubio an alio quodam nitatur veleem edixisset HOFFMANNUS. Nobis ex ipsius GOTHOFREDI notis haec congerere licuit. Allegat editionem SICHARDI, TILI, CUIACII; allegat editionem quae in quarto prodiit v. c. XV. s. c. 2, (n) & editionem Parisiensem addito, at non semper, anno 1566. De hac re supra diximus n. 17. Laudat & codices manuscriptos velut Seldeni

v. c.

v. c. ad II. 1. const. 11. h. & m. sed ex aliquo Seldeni libro. Codices quos ipse inspexit hoc signo notat *An.* (*Anianus*) ita ad II. 5. const. 1. (n) laudat *An. Reg.*, (p) vero *An. Put.* Anianum laudat optimae notae ad III, 5. const. 2. (f), omnes fere Aniani codices melioris notae ad III, 14. c. 1. (b) in genere manuscriptos non nullos libros excitat ad II. 29. const. 2. n. (aa) MARVILLIUS praemisit dedicationem ad Regem Galliae, quae sine ullo iurisprudentiae damno interire potuit; sed & praefationem de praestantia Codicis Theodosiani & lucubrationum J. GOTHOFREDI, quam & Lipsiensis editor recudi curauit. Sequitur exemplar auctoritatis quod excipiunt ambo priuilegia. Tum leguntur tituli Codicis Justinianei collati cum Codice Theodosiano, & index titulorum alphabeticus. Chronologia & Prolegomena CC paginas implet. Reliquam tomi primi partem paginas 462 occupant libri 5 priores, i. e. fragmenta Codicis quae Gothis solis debemus. Tomus II in paginis 666 fistit libros VI, VII & VIII., Tomi III. paginae 538 dicatae sunt libris IX & X.,  
Tomi

Tomi IV paginae 619 libros XI & XII, Tomi V paginae 422 libros XIII, XIV & XV fistunt, Tomus tandem VI, ultimus, in pag. 302 prioribus librum XVI habet, tum titulum extraugantem, Notitiam dignitatum, Prosopographiam & Topographiam. Post p. 436. sequitur index rerum & verborum, glossarium nomicum, supplementum Codicis Theodosiani e Justinianeo i. e. index constitutionum circiter 320 quas compilatores Codicis Justiniani ex Theodosiano sumisse videntur, licet in hoc non amplius existent. Ad Nouellas quod adtinet Codici subiiciendas, eas neglexit GOTHOFREDUS; MARVILLIUS vero appendicis loco adiecit sine ullo commentario, ullisue notis, editionem anni 1593 Lugdunensem mendis scatentem (n. 38.) fecutus, typisque admodum minutis describi curauit. In iurii ergo videntur in GOTHOFREDUM viri docti qui eius nomine abutuntur dum supinam huius Nouellarum editionis negligentiam reprehendunt. Neque minus peccat HOMMELIUS dum in litteratura iuris ed. 2. p. 52. chronologiae legum auctorem dicit

dicit Maruillium, qui editor tantum fuit.

- \*54) 1671. 8. Lugduni Bat. ap. Arnold. Doude & Cornel. Driehuyzen: *De origine & progressu iuris civilis Romani auctores, & fragmenta veterum Juris-consultorum, cum notis Arn. VINNII & variorum auctore & collectore S. LEWIO IC. Quae hisce continentur sequens docabit pagina.*

Vix vñquam magis casus & biblioplae vñica cura ne ad iustum molem liber fuus non cresceret volumini cui-dam, non nullius tamen posteo nominis, adeo praefuere. Erant redeintori-bus huius collectionis notulae quae-dam ARNOLDI VINNII, ineditae, in titulum Digestorum de origine iuris, quas quo melius venderent reliqua se addidisse ipsi fatentur. Habes-igitur in paginis 850 primo titulum ipsum, cum notis & VINNII & alio-rum, dein FENESTELLAM & LAE-TUM de magistratibus, porro fra-gimenta XII tabularum secundum JAC. GOTHOFREDUM, mox edictum per-petuum RANCHINI, tum vero se-quuntur, quae nobis curae sunt, VLPIANUS, PAULUS (sine interpre-tatione

tatione Gothica) & CAIUS, Collatio cum iis omnibus quae simul edid-  
rat PITHOEUS, deinde LEEWII histo-  
ria juris praesertim vero meritorum  
suorum in Corpus Gothofredianum,  
tandem fasti consulares & chrono-  
logia a morte Justiniani ad electio-  
nem Clementis X Papae. Haec om-  
nia epitome quadam notarum maxi-  
me vulgarium v. c. CUIACII, OISE-  
LIT illustrata at parum accurate typis  
descripta sunt. Emtores tamen in-  
venerunt ita ut & de iis recudendis  
bibliopola cogitauerit, quo factum  
est ut SCHULTINGIUS, LEEWIO haud  
parum doctior & diligentior, ad per-  
ficiendam suam collectionem impul-  
sus sit.

\* 55) 1689. fol. Paris. e typographia regia :  
Petri & Francisci Pithoei ICtorum Ob-  
seruationes ad Codicem & Nouellas Ju-  
stiniani Imp. per Julianum translatas.  
Accedit Legum Romanarum & Mosai-  
carum Collatio notis illustrata. Ex bi-  
bliotheca illustrissimi D. D. Claudio Le Pe-  
letier Regni Administris... cura Francisci  
Desmarés, Domini de Palis & de Luyè-  
res in curia patroni & facultatis iurium in  
universitate Parisensi Doctoris honorarii.

Huius

Huius loci ex hoc volumine duo sunt: primum a pag. 679. ordiuntur: Imperatorum THEODOSII, VALENTINIANI, MAIORIANI, ANTHEMII Nouellae Constitutiones XLII. Praemissa his est epistola ad CUIACIUM supra relata hic quoque anno 1571 data, dein praefatiuncula ex epilogo n. 20. desumpta. Coniecturis enim, quas PITHOEUS nec in ora libri ponere ausus erat MARESIUS ibi locum dedit, nonnunquam & male descriptis. Index Nouellarum idem hic legitur qui & in editione principe, at inter medios indices ad JULIANUM pertinentes. — Secundum, ob quod hunc librum commemoramus, est Collatio LL. Mos. & Rom. 70 paginas separatae numerationis efficiens. Huius frons satis ineptam mixturam tituli editionis principis (n. 22.) & noui, ex quo gloriam PELTERIUS & MARESIUS sectabantur, sifit. Omnia, quae tunc addiderat PITHOEUS, omissa sunt, praeter fragmentum MODESTINI, licet & in fronte libri & in indice titulorum ea omnia promittantur, & fragmentum de iuris speciebus nec in huius voluminis priori parte exstet. No-

N

tae

tae PITHOEI singulis fragmentis subiectae sunt, at eadem, quas iam alii editores publici iuris fererant. Ut breui dicam, splendida quidem est haec editio, typis regiis perfecta, at noui nihil omnino, nobis certe, dedit.

\*56) 1698. fol. Amstelaedami ap. Henr. Boom &c.: *Critici sacri sive annotata doctiss. virorum in vetus ac nouum testamentum. Quibus accidunt tractatus varij theologico - philologici . . .*

Tomi I. Parte II. in appendice, quae nonnullos tractatus suffixos sicut, a pag. seu potius columna 193 ad col. 248. legitur Collatio LL. Mos. & Rom. cum notis P. PITHOEI, quin & cum iis omnibus, quae editioni suae is addiderat, MODESTINI, JUSTINIANI, JULIANI & DOSITHEI fragmentis quae ad intellectum bibliorum multo minus quam ad augendam libri molem facere putarem. Collationis titulo decepti ea omnia iam primi Criticorum sacrorum editores, Angli, in Tomum VIII receperant.

\*57) 1717. 4. Lugduni Bat. ap. Io. van der Linden Jun.: *Iurisprudentia vetus ante-  
Iusti-*

*Justinianea, qua continentur quae super-*  
*sunt ex Caii Institutionum libris IV. Ju-*  
*lii Pauli Sententiarum Receptarum ad fi-*  
*lium libri V & fragmentum ex Institu-*  
*tionum lib. II. Tituli ex corpore Vlpiani*  
*XXIX, Codicis Gregoriani & Codicis*  
*Hermogeniani fragmenta, quae inuenta*  
*haec tenus fuere, omnia. Mosaicarum &*  
*Romanarum legum collatio ex integris*  
*Papiniani, Pauli, Vlpiani aliorumque ve-*  
*terum iuris auctorum libris ante tempora*  
*Imp. Justiniani desumpta, cum quibus-*  
*dam aliis fragmentis, Consultatio veteris*  
*cuiusdam Jurisconsulti, Papiani re-*  
*sponsorum liber, Dosithei magistri liber*  
*III continens Diui Adriani Imp. Sen-ten-*  
*tias & Epistolas. Cum Commentariis*  
*Notis & Interpretationibus virorum docto-*  
*rum integris. Ex Recensione & cum*  
*notis ANTONII SCHULTINGII, Ioh. filii,*  
*IC. & Antecessoris Lugd. Bat. Cuius &*  
*orationes duae ad veterem iurisprudentiam*  
*pertinentes accidunt.*

Patci, si quis omnino, haec nostra  
 legent, qui non SCHULTINGII li-  
 brum, saltem ex editione Lipsiensi, vi-  
 mbeiusp  
 meb  
 derint, sibi comparauerint, usurpaer-  
 ent. Egregie conuenit illa cum  
 archetypo, ita ut in numero pagina-  
 rum

rum nulla prorsus differentia super sit. Praestat Bataua ed. non nisi specie, & dedicatione SCHULTINGII ad Curatores & Consules Lugdunenses, quam cur omiserit WEIDMANNUS non video; meliora sane & utlitora tum de consilio operis tum de SCHULTINGII vita tradit, quam quae in eius locum is substituit. Hac collectione optime meritum esse de iurisprudentia SCHULTINGIUM vel inde patet, quod post eius curas sublata prorsus sit querela, in paucorum bibliothecis haec omnia extare, quam & ille refert in dedicatione, & veram fuisse ex historia editionum antecedentium patet. Seculum elapsum erat, ex quo de edenda tali collectione nemo certe consilium suum perfec rat, licet haud pauci id cepissent, inter quos & OISELIUS nomen professus est in prolegomenis ad CAIUM. Sunt tamen & in SCHULTINGII opere quaedam quae, non dicam ut reprehendantur, at ut de iis lectores admoneamus, postulare videntur. Primo quod ad *electionem* eorum scriptorum quae ederet spectat, sibi quidem bene constitut professo, se thesauros prisci iuris colligere, qui extra corpus

pus iuris, codicem Theodosianum  
 eiusque Nouellas superessent. Ne-  
 que SCHULTINGIUM quis accusaue-  
 rit quod non & hunc codicem cum  
 nouellis ipse simili modo ediderit,  
 licet tali opere iurisprudentiam ege-  
 re mecum is sibi persuadeat. DOSI-  
 THEI liber III abesse quidem poterat,  
 certe post c. 15 nihil omnino habet  
 ad iuris Romani fragmenta pertinens;  
 poterat non abesse VOLUSIUS MAE-  
 CIANUS de partibus assis, & collectio  
 notarum iuris. In *textus recensione*  
 codices manuscriptos non adhibuit,  
 quos eum nactum non esse eo magis  
 miror, quod cum per multos annos  
 de editione sua cogitauisset, paene  
 sexagenarius eam curauit. In regione  
 codicibus manuscriptis bene instructa  
 vnius tantum codicis Scaligeriani  
 collatione vsus est in fragmentis iu-  
 ris Romani cum Mosaico iure com-  
 positis, tantum abest ut GIBBONIUS,  
 stupenda alias eruditionis & lectio-  
 nis homo, recte dicat PAULUM certe  
 a SCHULTINGIO primum esse editum,  
 historiae suae c. 44. n. 189. Edi-  
 tiones vero antiquiores sibi compa-  
 rauit fere omnes, nonnullae tamen  
 insignis momenti eius industriam

effugerunt v. c. in CAIO & PAULO editio princeps, in VLPIANO editio CHARONDAE secunda, quae absolta demum hac operis parte in manus incidit, aliaeque. Varietatem lectionis & in notis subiecit, & in calce totius operis coniunxit. In id praecipue laborauit, ne vsquam plenior singulorum fragmentorum editio exstaret, quam in suo volumine cuncta complectente, ergo non solum Gothorum interpretationes omittere religioni duxit, sed & quae v. c. de CAIO in Digestis aut in Collatione legerentur, CAIO Gothorum intexuit, quo factum est, vt easdem sententias complures bis in opus suum referret, primum eo loco, qui eas seruauerat, deinde in eo a quo profectae videbantur. Quod an sapienter factum sit dubito. Sane aliud est supplementa Digestorum colligere, aliud restituere auctorem iuris, quod & in illis tentari potest & debet quorum fragmenta solis Digestis debemus. Miscuisse videtur SCHULTINGIUS duas res admodum diuersas, & Palingenesiam quandam parum plenam effecit, & supplementa Corporis iuris nimis plena. Quin & ipse

ipse vidit fragmenta ex Pandectis sumta hoc non pertinere, ea enim in commentariis intacta plerumque reliquit. *Notas* quod adtinet, editio eius generis est cuius & vitia & commoda auditio nomine editionis cum notis variorum facile omnes intelligunt. Talis editionis possessor editionum priorum nullam desiderabit, quia non solum meliora, quam quae illae, aut bona sed prorsus omissa, quae habent, siue bona siue mala, haec complectitur, addito & auctoris nomine. Vinci tamen putant nostri temporis viri docti hanc utilitatem pretio quo comparanda sit, nimirum mole libri & notarum, repetitione vnius eiusdem dicti, si successor ignoravit labores antecessoris, pugna & refutatione si eos notos habuit, aut, si tacitus multa dimittere maluit, anxietate lectoris an vera ea sint, quae ex haud ita magnae auctoritatis scriptore depromuntur. Non latuerunt haec incommoda acutissimum SCHULTINGIUM, praesertim cum de addendis CAIO notis ALEANDRINIS & OISELIANIS dubitaret, & DIONYSII GOTHOFREDI simul cum

JULII

N 4

JULII PACII notis plane omitteret. At gratae esse debent notae CUIACII vel PITHOEI, gratiores fere notae ipsius SCHULTINGII, quas omnibus fragmentis, solo Dositheo excepto, haud parca manu subiecit. Addidit praeterea dedications & praefationes editorum priorum, addidit & quae I. GOTHOFREDUS de singulis in bibliotheca sua tradit, quin & vi-tas auctorum tum ex G. GROTIUM ex BERTRANDO descripsit, quibus melius nos carere potuisse putarem. Binae SCHULTINGII orationes de iutisprudentia historica & de causis cur TRIBONIANUS eos potissimum, quos in Pandectis habemus auctores, neglectis antiquioribus adhibuerit, dignae omnino sunt quae legantur, neque a consilio huius operis alienae videri debent. Indices, quorum alter ad textum, ad notas alter directus est, utilissimi sunt.

\*58) 1722. fol. Neapoli, ap. Al. Mutium: Jacobi Cuiacii *J. C. praestantissimi Opera omnia..... a C. A. Fabrotto disposita... studio & diligentia Libor I Rani IC. Neap.*

Et

Et in VLPIANO Tomo I a col. 301.  
& in PAULO a col. 353 ad col. 520,  
& in Consultatione a col. 639 ad col.  
650. sequitur haec editio Parisinam  
anni 1658. (n. 51.)

\*59) 1737. 4. Lipsiae ex off. Weidmanniana : *Jurisprudentia vetus ante - Justiniana...* (eodem titulo quem supra descripsimus, cui tamen additum est:) *Editio noua, collata cum codicibus antiquissimo Wurceburgensi & Gothano. Cum pot. Reg. Pol. & El. Sax. Privilegio.*

Huius editionis exempla nonnihil inter se discrepant, ut fere duplex ea videri possit. Alia enim ab editione Bataua in eo tantum recedunt quod pro Schultingiana dedicatione, epistola WEIDMANNI ad Comitem SULKOWSKI posita est. De collatione duorum codicum ne syllabam quidem in ipso libro inuenies. Tale exemplum & nos possidemus. Sunt vero & alia, quae non solum habent collationem in fronte nostri exempli promissam, sed & praefationem AYRERI cuius in fronte eorum mentione quoque fit. Qui Lipsiensem editionem laudant, omnes praefationem AYRERI ei tribuunt, ita ut pu-

N 5 tem

tem exempla, a quibus ea & collatio codicum abest, satis rara esse, & tanquam partus immaturos casu quodam lucem adspexisse. Caeterum errauit POHLIUS dum in diss. de Codic. Greg. & Hermogen. p. 53. collationem codicum AYRERO tribuit, hic enim praefationem honoris tantum causa, ut aiunt, scripsit, is vero qui codices contulit & omnem hanc editionem, dignam Batauae aemulam, curauisse videtur, RITTERUS est.

\*60) 1739. 8. Lugduni Bat. ap. Corn. Haak: *Fragmentum veteris Jurisconsulti de iuris speciebus & de manumissionibus, quod seruauit Dositheus Magister in exercitationibus Graeco-Latinis nondum editis, ex Codd. Mss. bibliothecae Batauae edidit, notas & emendationes adiecit Matthaeus RÖVER.* Accedit eiusdem specimen observationum & emendationum ad glossas veteres verborum iuris.

Editio princeps est textus graeci, ex quo latina, quae antea sola exstabant, fluxerant, quae & apud RÖVERUM in pagina, quae euoluenti simul in oculos incidit, leguntur. Vsus est RÖVERUS duobus codicibus, altero

tero Vossiano, altero Scaligeriano, quos bibliotheca Leidensis seruat, neque tamen SCHULTINGIUS, Leidensis Professor, viderat. Paginae sunt 39, quarum dimidiam fere partem, inferiorem nempe, animaduersiones criticae occupant.

- \*61) 1743. 12. Mantuae Carpetanorum ap. Ant. Sanz: *Gerardi Meermanni Icti Specimen animaduerzionum criticarum in Caii Jureconsulti Institutiones, accedit earundem Caii Institutionum summarium a Petro Aegidio Antuerpiensi primum publici iuris factum anno 1517 nunc vero iterum & emendatius quidem in lucem editum.*

Licet huius loci editiones supplementorum ipsorum non vero notae Jurereconsultorum nostri temporis ad eadem, esse videantur, noluimus tamen hoc Meermannii opusculum omittere, primo quod Summam Caii nobis sifit (n. 1.) duobus codicibus bibliothecae Leidensis, altero Petauiano, Vossiano altero, emendatam, deinde quod ad Caii textum ipsum restituendum multa facit collatio tum editionis principis (n. 2.) tum codicis Vossiani. Bibliopola qui-

quidam Germanus hanc editionem & descripsisse & pro vera subiecisse emtoribus non admonitis, dicitur.

62) 1744. 12. Ceruariae, apud Emanuelem Ibarra, SCHULTINGII iuris prudentia Ante-Justiniana recusa est, curante Jos. FINESTRESIO qui & praefationem & notas ineditas PETRI FABRI ad VLLIANUM addidit.

Cominmemorat hanc editionem Meermann in praef. ad T. VII. Thesauri.

\*63) 1736. 1737. 1738. 1740. 1741. 1743. 1745. fol. Lipsiae sumt. Maur. Georg. Weidmanni: *Codex Theodosianus...* (titulus idem qui supran. 53. at post verba: *in uniuersitate Valentina*, additur:) *editio noua in 6 tomos digesta, collata cum antiquissimo codice mscr. Wurceburgensi & libris editis, iterum recognita, emendata variorumque obseruationibus aucta, quibus adiecit suas Jo. DAN. RITTER P. P.*

Cuique tomo dedicationem praemisit bibliopola, at ea neglecta ad praefationes editoris statim transeamus. Usus est RITTERUS, vti ex praefatione Tomi I discimus, collationibus duorum codicium, Wurceburgensis, quem ad seculum VI refert,

&

& authenticum quoddam exemplar  
breuiarii Gothici putat, & Guelfer-  
bytani seculo VIII fere scripti, at  
solas rubricas & interpretationes si-  
stentis. Illum ICKSTADTIUS, hunc  
CONRADI contulit. Ex editioni-  
bus RITTERUS ad manum habuit  
praesertim Sichardianam & Cuiacia-  
nam primam, quarum & lectiones  
diligenter notauit. Notis additum  
est nomen auctoris siue GOTHOFRE-  
DUS is fuerit, siue RITTERUS, ad-  
ditae sunt & litterae quarum ope  
multo facilius notam ad textum re-  
feres, quam in editione Maruilliana,  
quac notas eiusdem constitutionis  
nunquam distinxit omnibus idem sig-  
num (") tribuens. Commentario Go-  
THOFREDI in primo tomo inseruit  
BURGII, HERALDI & S. GENTILIS  
de assessoribus, CASAUBONI & SAL-  
MASII de cancellariis, GOESII de li-  
mitibus agrorum obseruata. In ipsa  
praefatione nonnulla addidit RITTE-  
RUS tanquam spicilegium, vrgente  
prelo neglecta. Primus tomus praeter  
dedicationes & praefationes, inter  
quas & Cuiacianam & Tilianas le-  
gere est, constat paginis CCXXX &  
504. Eosdem libros Codicis sistit,  
quos

quos tomus primus MARVILLII, cuius & paginae ad marginem adscriptae sunt.

In fronte tomni secundi codicis Gothani mentio fit, quem ipse contulit RITTERUS sibi transmissum. Eum ad seculum IX referendum compilationem Gothorum complecti pluribus docuit in praefatione, quae de iure in Italia sub Herulis, Gothis, Graecis & Longobardis obtinente agit. Tomus constat paginis 700, additae sunt & variantes lectiones Gothani codicis ad libros 5 priores, in tomo I contentos. Tertius paginis 564, Quartus 656, Quintus 478, Sextus vero duabus partibus constat, quarum priore Codex Theodosianus absolvitur, additis notis FABROTTI ad titulum X libri vltimi, adiectoque indice rerum & verborum, posterioris vero titulus hic est:

*Codicis Theodosiani Tomi Sexti Pars altera, continens notitiam dignitatum ciuilium & militarium utriusque imperii prosopographiam, topographiam, historiae Gallicanae annales centum annorum, glossarium nomicum & nouellas constitutio-nes Augg. THEODOSII VALENTINIANI*

MAR-

MARCIANI, MAIORIANI, SEVERI, LEONIS & ANTHEMI in unum corpus collectas collatas cum codd. mss. Wurceburgensi, Ottobonianio, Gothano librisque editis & perpetuo commentario illustratas a Jo. Dan. RITTER S. R. M. Pol. & El. Sax. a cons. aul. & prof. hist. in acad. Vitembergensi. Accedit appendix Codicis Theodosiani cum epistolis aliquot veterum conciliorum & pontificum Romanorum congregata a Jac. SIRMONDO.

In nouellis RITTERUS non tam GOTHOREDI opus restituit & emendauit, sed continuauit, & ad ea quae intacta ille reliquerat produxit. Paginae 163 iis dicatae sunt praeter praemissas epistolas PITHOEI & RITTERSHUSII, & indicem nouellarum secundum litterarum ordinem dispositum. Secutus est editionem Parisiensem Codicis Theodosiani de anni 1586. Varietatem lectionis notauit tum ex libris editis tum ex manuscriptis, ad quos accessit & Ottobonianus, collatus a GOETZIO, at quam diligenter infra videbimus.

Caeterum ex postrema praefatione hoc quoque notatu dignum videtur, quod fassus est RITTERUS in pri-

mo tomo edendo & se nimis timide  
& bibliopolam nimis parce egisse.  
At huic animum suisse perfecto opere  
tomi primi repetitam paelectionem  
curare, narrat RITTERUS dolens  
eius morte se coactum ut id consilii  
deponeret.

64) 1747. Parisiis ap. Merigot typis Sebastia-  
ni Jorry recusum est Meermannii speci-  
men animaduersionum in Caium.

Ipse hanc ed. recenset in praef. To-  
ni VII. Dicatus est feminae apud  
Gallos nobilissimae, omnisque edi-  
tio paucissimorum exemplorum, non-  
nullorum & in membranis, eam ob  
causam curata videtur ab auctore,  
tum in Gallia peregrinante, ut esset  
gratum quoddam & femina dignum  
munuscum. Contulit tamen &  
alium Codicem ms. NISPENII, quin  
& collaturus erat Codices biblioth-  
ecae Regiae, sed siue propter varias  
Rev. Abbatis SALIERI, qui biblioth-  
ecae praeerat occupationes siue  
propter aliam tandem qualemcumque  
causam factum est ut voti sui MEER-  
MANNUS compos fieri non potuerit.

\*65) 1753. fol. Hagae Com. ap. P. De Hondt  
*Nouus Thesaurus iuris civilis & canonici*

JUINUM CORPUS  
... ex coll  
MEERMAN IC  
Synau. Tom  
Pro mira  
ferendas  
nes, 2 p  
773 vob  
nes in  
(n. 61.  
SCHULT  
interpret  
tur novell  
tum P. I  
ad not  
MEE  
mon  
& di  
les S  
non  
quitu  
emen  
qua  
cund  
ter A  
maior  
& not  
jurispr  
\*66) 1766.  
Arthuri

nici.... ex collectione & museo GERARDI  
MEERMAN ICti & Reip. Roterodamensis  
Syndici. Tomus Septimus & ultimus.

Pro mira huius thesauri varietate re-  
ferendus est & inter fontium editio-  
nes, a pag. 669. tom. vltimi ad pag.  
773 usque. Sistit is animaduersio-  
nes in CAIUM, & epitomen Caii  
(n. 61.) deinde PAULUM in quo  
SCHULTINGUM sequitur, nisi quod  
Interpretatio omessa est. Subiiciuntur  
notulae tum ipsius MEERMANNI,  
tum P. FABRI antea ineditae, quas  
ad notas CUIACII is adscriperat, cum  
MEERMANNO a FINESTRESIO com-  
municata. Habuit MBERMANNUS  
& duos codices & editiones nonnullas  
SCHULTINGIO ignotas, at eas  
non contulit, otio deficiente. Se-  
quitur VLPIANUS ex noua, eaque  
emendatiore textus recensione, in  
qua usus est praesertim editione se-  
cunda CHARONDAE anni 1578. Prae-  
ter MEERMANNI notas, fragmenta  
maioris commentarii, subiectae sunt  
& notae P. FABRI ex FINESTRESII  
iurisprudentia antejustiniana.

\*66) 1766. 8. Fauentiae excudebat Jos. Ant.  
Archius superioribus annuentibus: Imper-  
rato-

rat orum Theodosii iunioris & Valentini-  
ani III Nouellae Leges, Caeteris ante-  
justinianis, quae in Lipsiensi anni 1745,  
vel in anterioribus editionibus vulgatae  
sunt, addendae. Ex Ottobonianio Ms.  
Codice edit, Commentario illustrat ex  
eodemque codice alia profert ANTONIUS  
ZIRARDINUS, Rauennas Jureconsultus.

Dedicatio & praefatio paginas XXVIII  
implent; totidem paginas habent  
quinque nouellae ineditae, fra-  
gmentum sextae, & index Nouella-  
rum ex Codice Ottobonianio. Maxi-  
ma libri pars, paginis 551 constans,  
Commentarium editoris sistit. Co-  
dicis Ottobonianii singularia prorsus  
fata fuerunt; multi de eo loqueban-  
tur, pauci eum viderant, nemo edi-  
dit, donec eodem fere tempore duos  
editores nactus est. Eius exspectatio-  
nem primus fecit LEONARDUS ADA-  
MUS, qui Nouellas & Papianum inde-  
se editurum esse pollicitus est, quod  
in ephemeredibus Germaniae littera-  
riis edictum nec post ADAMI obitum  
desisterunt eius nomine repetere hi-  
storiae iuris scriptores BRUNQUELLUS,  
HEINECCIUS, HOFFMANNUS, aliquie.  
HOFFMANNUS & specimen collationis  
operi suo miscuit p. 486. Postea  
BRENK-

BRENKMANNUS codicem se inspexisse, indeque Consules emendasse, quin & Nouellas ineditas exscripsisse narrat. Verum RITTERUS non ex schedis BRENMANNIANIS sed a GOETZIO accepit collationem qualemcumque eius codicis, quem in praef ad tom. I. pro breuiario Gothorum habuerat, & de cuius vera indole neque postea edocitus videtur, certe lectores non edocuit. Codex ipse ad CONSTANTINUM RUGGERIUM sive iam peruennerat, sive procedente tempore peruenit. Bibliothecae Ottobonianae praefectus is fuerat antequam Cardinalis IMPERIALIS idem munus in sua ei tribueret, & bibliotheca Ottoboniana Vaticanae accederet. Codicem nostrum alieno nomine se poscidere RUGGERIUS aliquando profesus est, licet de eius dominio paulo post disposuerit. Viro non indoctores angusta domi erat, adeo ut ipsi mentis sanitati anxiae curae officerent, quod & violentae manus, quas sibi intulit satis probauerunt. Et in codice suo mira innconstantia & temeritate versatus est. Primum enim ipse de eo edendo cogitauit, deinde ad ZIRARDINUM omnia huius generis, Codicem

cem ipsum Ottobonianum, apographum Nouellarum ineditarum sua manu scriptum, Niuellianum Codicis Theodosiani exemplum, cui varietatem lectionis addiderat, misit, ad virum familiaritate quadam sibi iunctum, at harum rerum minime cupidum, qui per aliquot annos penes se ea habuit, vix tamen attigit, tantum absfuit quin ederet. Anno 1760 interpellatus RUGGERIO Codicem ms. reddidit, recentis aliis, e quibus solum ineditarum Nouellarum apographum cum archetypo contulit; nouum confecit, indicemque Nouellarum addidit. Triennio fere post RUGGERIUS codicem suum CHRISTOPHORO AMADUTIO, vicario suo in bibliotheca Imperiali donauit, vtque eum ederet hortatus est, ZIRARDINI immemor, vel consilium ab eo abiectum esse perperam sibi persuadens. Mortuo RUGGERIO & ZIRARDINUS & AMADUTIUS, vterque ignarus aemuli, huic editioni se accingere coeperunt, quae tamen paulo tardius proceſſit, cum aliae curae otium praeriperent, mox vero his studiis de integro incumbendum esſet, tandem typographi aliaque huius generis impedimenta, quin & de

de aemulo nuncii, eiusque vel de-  
pellendi vel vincendi labores opus  
morarentur. Eodem fere tempore  
vtraque editio prodiit, neque est,  
quod moleste hunc concursum fer-  
imus, habet bonae frugis nonnulla  
& ZIRARDINUS, licet palmam ei,  
non tempore quidem, sed operis mul-  
tiplici praestantia praeripuerit AMA-  
DUTIUS.

- \*67) 1767. fol. Romae aere Venantii Monal-  
dinii Bibliopolae, typis Zempelianis: *Le-  
ges Nouellae V anecdotae Imperatorum  
THEODOSII Junioris & VALENTINIA-  
NI III, cum ceterarum etiam Nouellarum  
editorum titulis & variis lectionibus ex  
vetustissimo Cod. Ms. Ottoboniano de-  
promptis, quibus accedunt aliae VALEN-  
TINIANI III Constitutiones iam editae quae  
in Cod. Theod. desiderantur ac tandem  
Lex Romana seu responsum PAPIANI ti-  
tulis anecdotis variisque lectionibus auctum  
ad fidem praefati codicis & alterius Sue-  
co-Vaticani, opera & studio JOANNIS  
CHRISTOPHORI AMADUTII, qui praefa-  
tionem & adnotationes adiecit.*

Nitidissima haec est ed. omnium,  
quotquot recensuimus, longeque  
praestat chartarum pulcritudine edi-

tioni Codicis Theodosiani Lipsiensis,  
cui eam appendicem destinauerat  
**AMADUTIUS.** Correctorem tamen  
vitiorum a typographo admissorum  
magis diligentem desideres. Con-  
stat ea paginis CII, dein 324. Illae  
sistunt epistolam ad **BOSCHIUM**, cui  
Cardinalis dignitatem gratulatur edi-  
tor, praefactionem bene longam, vi-  
tiam **RUGGERII**, approbationes, er-  
rata, seriemque contentorum; hae  
vero ad p. 64. Nouellas ineditas,  
primum ex codice cum vitiis & com-  
pendiis scribendi, dein lectioni suae  
reflitas, notisque subiectis illustra-  
tas, ad p. 111. indicem Nouellarum  
ex Codice Ottoboniano (iam vero  
Garampiano) desumptum, cum va-  
rietate lectionis utilissima, ad p. 114.  
varias lectiones in **CAIUM**, ad p.  
130. Constitutiones quasdam **VA-**  
**LENTINIANI III**, parum integras, a  
**MABILLONIO**, **MAFFEIO**, **TERRA-**  
**SIONIO** aliisque editas, ad p. 295  
Responsu[m] **PAPIANI**, eadem cura ex  
eodemque codice editum, uti No-  
vellae, tandem varios indices, in  
quorum calce fragmentum constitu-  
tionis legitur.

\*68) 1767. 1768. 8. Lipsiae imp. Theophilii Georgii: CAROLI FERDINANDI HOMMELII *Palingenensia librorum veterum iuris, sive Pandectarum loca integra ad modum indicis LABITTI & WIELINGI oculis exposita & ab exemplari TAURELLI Florentino accuratissime descripta.*  
Tomi. I. II. & III.

Qua cura quaque incuria HOMMELIUS siue potius KRONBIEGEL, quem huic rei praefecit librarius, in perficiendo consilio versatus sit, & quam bene Taurelliana editione Pandectarum careat, qui Palingenesiam possidet, iam non dispicio. Palingenesiam a se pridem sepultam esse glorriatur illustris KOCHIUS, harum rerum diligentissimus & seuerissimus iudex, in fine praefationis ad successionem ab intestato. Consilium ipsum dignum omnino erat quod felicius cederet. Promouisset egregie juris Romaini studium restitutio integrorum ICTORUM ex fragmentis vel in Digestis vel extra ea obuiis, neque minus grata fuisset chronologica collectio constitutionum omnium, cuius spem fecerat HOMMELIUS. SCHULTINGIUM secutus est in sup-

plendis Digestis, at tanta oscitania, vt in praefatione tomī I de solis CAIO, PAULO & VLPIANO cogitauerit, oblitus fere, etiam MODESTINI & PAPINIANI fragmenta in SCHULTINGII collectionē exstare. Horum tandem in calce tomī III quaedam addidit. VLPIANI suppositium principium hic pro indubitate vendi supra monuimus, tantum abest, vt quae post SCHULTINGIUM emendationē prodierint adhibuerit Palingenesiae editor. ROEVERO tamē usus est.

- \*69) 1768. 4. Traiecti ad Rhenum ap. G. H. Kroon: *Domitii Vlpiani fragmenta libri singularis regularum, & incerti auctoris Collatio legum Mosaicarum & Romanarum, quibus notas adiecit JOANNES CANNEGIETER Aduocatus in curia Gelrica. Accedunt &c.*

Secutus est in textus recensione editionem SCHULTINGII, at in animadversionibus subiectis pauca reliquit, quae non immutaret, saltem sollicitaret CANNEGIETERUS, non modo in Collatione, quam pessimam habemus, sed & in VLPIANO, quem tam violentis remediis sanari debere

vix

vix quisquam sibi persuadebit, qui eum legerit, de vero auctoris sensu magis quam de occasione quadam receptam lectionem relinquendi, sollicitus. Adhibuit emendandi genus, abusui proximum; omnia per notas scripta fuisse putat, quid iam facilis quam notam male intellectam, aut simili cuidam substitutam esse? Hisce subsidiis mira profecto effecit editor, at an bona sint vehementer dubito. Gentilitia videri potest haec emendandi libido, frater enim nostri, HERMANNUS, antecessor in academia Frisiorum, triennio ante edidit commentarium ad fragmenta veteris iurisprudentiae, quae exstant in collatione Leg. Mos. & Rom. nec emendationibus magis pepercit. Hunc commentarium, ut hoc obiter monneamus, NETTELBLADTIUS in forma quarta prodiisse ait, nec immerito si chartae magnitudinem spectas quae lata supereft. Caeterum typi ad formam octauam positi sunt.

\*70) 1788. 8. Gottingae ap. J. C. Dieterich:  
DOMITII VLPIANI *fragmenta libri regularium, vulgo Tituli ex corpore VLPIANI.*  
*In usum praelectionum edidit & praefatus*

*tus est GUSTAVUS HUGO J. V. D. & Prof Gött.*

Nouam textus recensionem ex SCHULTINGII & MEERMANNI editionibus vi-  
rorumque doctorum coniecturis con-  
flare ausus est editor, quem nec nunc  
huius consilii poenitet. Dolet tamen  
nimis festinatum esse a typographo  
cum instaret praelectionum initium,  
eamque ob causam menda quaedam  
fatis foeda in paucissimis plagulis lo-  
cum inuenisse. Eorum vnum hic  
indicamus, sensum turbans. Initio  
paginae 70 excidit linea haec: “..  
num. Partis & pro parte stipula-  
tio.”

\*71) 1792, 8. Lipsiae ap. J. Ambr. Barthium:  
CAII *Institutionum* sive potius epitomes  
*institutionum libri II*, adiectis genuinis CAII  
fragmentis undique collectis, ex recensione  
ANT. SCHULTINGII, cum animaduersio-  
nibus criticis GER. MEERMANNI. In  
vsum praelectionis academicae seorsim  
editi.

Curavit hanc editionem CHRISTIA-  
NUS GOTTLIER HAUBOLD Prof. Lips.  
celeberrimus, quem tamen Meer-  
mannianis sua non addidisse dolebit  
quisquis & viri doctrinam, & textus  
con-

Censae  
Codicis  
(12.)  
Codicis  
45. 5  
Novellae  
45. 4  
Caii 2  
34.  
62.  
Panli  
35. 5  
58. 5  
Vlpiani  
21. 2  
49. 5  
Fragme  
46. 5  
Eiusdem  
Papuan  
Modefti  
62. 6

conditionem, vel ex solo Amadu-  
tiano libro emendabilis, spectauerit.

---

- Censae igitur sunt editiones  
Codicis Gregoriani & Hermogeniani 3.  
(12.) 17. 34. 35. 38. 45. 46. 57. 59. 62.  
Codicis Theodosiani 3. 7. 17. 34. 35. 38.  
45. 53. 63.  
Nouellarum 3. 17. 20. (29.) 54. 35. 38.  
45. 47. 48. 53. 63. (66.) (67.)  
Caii 2. 3. 8. 9. 14. 17. 18. 19. 31. 32.  
34. 35. 37. 38. 42. 45. 52. 54. 57. 59.  
62. 65. 68. 71.  
Pauli 2. 3. 4. 13. 14. 15. 17. 25. 26. 34.  
35. 38. 39. 40. 41. 45. 49. 51. 54. 57.  
58. 59. 62. 65. 68.  
Vlpiani 5. 6. 9. 10. 11. 14. 16. 17. 18.  
21. 27. 31. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 40. 45.  
49. 51. 54. 57. 58. 59. 62. 65. 68. 69. 70.  
Fragmenti regularum 22. 34. 35? 38. 45.  
46. 54. 56. 57. 59. 60. 62. 68.  
Eiusdem graeci 60. 68.  
Papiniani 3. 34. 35? 38. 45. 57. 59. 62. 68.  
Modestini 34. 35? 38. 45. 55. 56. 57. 59.  
62. 68.

Colla.

Collationis LL. Mos. & Rom. 22. 23. 30.  
34. 35. 38. 44. 45. 46. 50. 54. 55. 56.  
57. 59. 62. 68. 69.

Consultationis veteris ICti 28. 34. 35? 38.  
40. 45. 49. 51. 57. 58. 59. 62.

Papiani 17. 34. 35? 38. 45. 57. 59. 62. 67.

Metiani 3. 17. 34. 35? 38. 45.

Frontini 3.

Epistolarum Hadriani 24. 43. 57. 59. 62.


Summarum legum 1. (61.) (65.)

Magnonis 17. 34. 45.

Probi 34. 45.

St. u. R. G. No. 406






## TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

## TIFFEN® Gray Scale



© The Tiffen Company, 2007

